This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

FLL
1571

Digitized by Google

Digitized by Google

110-7-N. 36,903-

33_6

Digitized by Google

Digitized by Google

15171

Dela libreria del colleg.º dela comp.ª de Jes de M.ᵈ

248
M 23

# MANVALE AD SACRAMENTA ECCLESIÆ miniſtranda.



Cum licentia et Priuilegio

SALMANTICAE M. D. LXXXV.

LIBRERIA DEL COLLEGIO IMPERIAL
IHS

fray Joan de S. Hier.mo

Digitized by Google

Digitized by Google

# AD PAROCHOS.

SVccreuit paulatim, dum Hiſpaniæ diœceſium ſingulæ ſuo quæque proprio Manuali vtuntur, cęrimoniarum, & rituum in Sacramentis miniſtrandis varietas tanta; vt, collatis nũc quamplurimis, ijſque diuerſis exemplaribus, quędam mutanda, nonnulla ſupplenda, alia verò amputanda, atque reijcienda prorſus fuerint: quo omnia ad Conciliorum, Pontificumque Decreta, atque ad Catechiſmi, Breuiarij, & Miſſalis Romani verba, & regulas reuocarentur. Itaq; ex omnibus vnum eſt Manuale confectum, quod vniuerſæ Hiſpaniæ ſit commune; vt quemadmodum diuina benignitate, idem eſt de ſacris rebus apud nos vbique ſenſus: eadem quoque omninò ſit, quo ad fieri poteſt, in exteriori cultu religionis profeſſio. Ita, vt nec fidelium oculis quidquam, in tanta præſertim re, nouum, aut inſolitum poſthac obijciatur; & Sacerdotes qui vix nunc certorum locorum morem & cærimonias tenent; poſsint eádem operá in omnibus Hiſpaniæ Eccleſijs ſine vlla offenſione miniſtrare.

Digitized by Google

Digitized by Google

| Cyclus. Epactarũ. | Lit. Dñical. | | Dies menſis. | IANVARIVS. |
|---|---|---|---|---|
| * | A | Kal. | 1 | Circunciſio Domini. Duplex. |
| xxix | b | iiij | 2 | Oct. S. Stephani. duplex. cum comme. octa. S. Ioan. & SS. Innocent. |
| xxviij | c | iij | 3 | Oct. S. Ioan. dup. cũ cõm. oct. SS. Innoc. |
| xxvij | d | Prid. | 4 | Octaua SS. Innocentium. duplex. |
| xxvj | e | No. | 5 | Vigilia. |
| 25. xxv | f | viij | 6 | Epiphania Domini. duplex. |
| xxiiij | g | vij | 7 | De octaua Epiphaniæ. |
| xxiij | A | vj | 8 | De octaua. |
| xxij | b | v | 9 | De octaua. |
| xxj | c | iiij | 10 | De octaua. |
| xx | d | iij | 11 | De oct. & cõ. S. Higinij papæ & mart. |
| xix | e | Prid. | 12 | De octaua. |
| xviij | f | Idib. | 13 | Octaua Epiphaniæ. duplex. |
| xvij | g | xix | 14 | Hilarij epiſc. & conf. ſemid. cum com. S. Felicis presb. & mart. |
| xvj | A | xviij | 15 | Pauli pri. Ere. ſem. cũ cõ. S. Mauri abb. |
| xv | b | xvij | 16 | Marcelli papæ, & mart. ſemid. |
| xiiij | c | xvj | 17 | Antonij abbatis. duplex. |
| xiij | d | xv | 18 | Cathedra S. Petri Romæ. dup. & cõm. S. Priſcæ virg. & mart. |
| xij | e | xiiij | 19 | Marij, Marthæ, Audifax, & Abachũ m̃. |
| xj | f | xiij | 20 | Fabiani & Sebaſtiani mart. dupl. |
| x | g | xij | 21 | Agnetis virg. & mart. dupl. |
| ix | A | xj | 22 | Vincentij & Anaſtaſij mart. ſemid. |
| viij | b | x | 23 | Emerentianæ virg. & mart. |
| vij | c | ix | 24 | Timothei epiſcopi & mart. |
| vj | d | viij | 25 | Conuerſio S. Pauli Apoſtoli. dup. |
| v | e | vij | 26 | Polycarpi epiſcopi & mart. |
| iiij | f | vj | 27 | Ioannis Chryſoſto. epiſc. & conf. dup. |
| iij | g | v | 28 | Agnetis ſecundo. |
| ij | A | iiij | 29 | |
| j | b | iij | 30 | |
| * | c | Prid. | 31 | |



Digitized by Google

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | FEBRVARIVS. |
|---|---|---|---|---|
| xxix | d | Kal. | 1 | Ignatij Epiſcopi & mart. ſemidup. |
| xxviij | e | iiij | 2 | Purificatio Beatæ Mariæ. duplex. |
| xxvij | f | iij | 3 | Blaſij epiſcopi & mart. |
| 25. xxvj | g | Prid. | 4 | |
| xxv xxiiij | A | No. | 5 | Agathæ virginis & mart. ſemidup. |
| xxiij | b | viij | 6 | Dorotheæ virginis & mart. |
| xxij | c | vij | 7 | |
| xxj | d | vj | 8 | |
| xx | e | v | 9 | Apolloniæ virginis & mart. |
| xix | f | iiij | 10 | |
| xviij | g | iij | 11 | |
| xvij | A | Prid. | 12 | |
| xvj | b | Idib. | 13 | |
| xv | c | xvj | 14 | Valentini presbyteri & mart. |
| xiiij | d | xv | 15 | Fauſtini & Iouitæ martyrum. |
| xiij | e | xiiij | 16 | |
| xij | f | xiij | 17 | |
| xj | g | xij | 18 | Simeonis epiſcopi & martyris. |
| x | A | xj | 19 | |
| ix | b | x | 20 | |
| viij | c | ix | 21 | |
| vij | d | viij | 22 | Cathedra S. Petri Antiochiæ. dup. |
| vj | e | vij | 23 | Vigilia. |
| v | f | vj | 24 | Matthiæ Apoſtoli. duplex. |
| iiij | g | v | 25 | |
| iij | A | iiij | 26 | |
| ij | b | iij | 27 | |
| j | c | Prid. | 28 | |

In anno Biſſextili Februarius eſt dierum 29. & feſtum ſancti Matthiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur, ſexto Kalendas, id eſt, die 24. & die 25. & litera Dominicalis, quæ aſſumpta fuit in menſe Ianuario, mutatur in præcedentem: Vt ſi in Ianuario litera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ eſt g. &c.



Digitized by Google

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | MARTIVS. |
|---|---|---|---|---|
| * | d | Kal. | 1 | |
| xxix | e | vj | 2 | |
| xxviij | f | v | 3 | |
| xxvij | g | iiij | 4 | |
| xxvj | A | iij | 5 | |
| 25. xxv | b | Prid. | 6 | |
| xxiiij | c | No. | 7 | Sancti Thomæ de Aquino cõfeſſ. dup. & comme. SS. Perpetuæ & Felicitatis marty. |
| xxiij | d | viij | 8 | |
| xxij | e | vij | 9 | Quadraginta martyrum. ſemidup. |
| xxj | f | vj | 10 | |
| xx | g | v | 11 | |
| xix | A | iiij | 12 | Gregorij papæ & confeſſ. & Eccleſiæ Doctoris. duplex. |
| xviij | b | iij | 13 | |
| xvij | c | Prid. | 14 | |
| xvj | d | Idib. | 15 | |
| xv | e | xvij | 16 | |
| xiiij | f | xvj | 17 | |
| xiij | g | xv | 18 | |
| xij | A | xiiij | 19 | Ioſeph confeſſ. duplex. |
| xj | b | xiij | 20 | |
| x | c | xij | 21 | Benedicti abbatis. duplex. |
| ix | d | xj | 22 | |
| viij | e | x | 23 | |
| vij | f | ix | 24 | |
| vj | g | viij | 25 | Annunciatio Beatæ Mariæ. duplex. |
| v | A | vij | 26 | |
| iiij | b | vj | 27 | |
| iij | c | v | 28 | |
| ij | d | iiij | 29 | |
| j | e | iij | 30 | |
| * | f | Prid. | 31 | |



Digitized by Google

| Cyclus Epactarū. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | APRILIS. |
|---|---|---|---|---|
| xxix | g | Kal. | 1 | |
| xxviij | A | iiij | 2 | |
| xxvij | b | iij | 3 | |
| 25.xxvj | c | Prid. | 4 | |
| xxv.xxiiij | d | No. | 5 | |
| xxiij | e | viij | 6 | |
| xxij | f | vij | 7 | |
| xxj | g | vj | 8 | |
| xx | A | v | 9 | |
| xix | b | iiij | 10 | |
| xviij | c | iij | 11 | Leonis papæ & confeſſ. duplex. |
| xvij | d | Prid. | 12 | |
| xvj | e | Idib. | 13 | |
| xv | f | xviij | 14 | Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyrum. |
| xiiij | g | xvij | 15 | |
| xiij | A | xvj | 16 | |
| xij | b | xv | 17 | Aniceti papæ, & mart. |
| xj | c | xiiij | 18 | |
| x | d | xiij | 19 | |
| ix | e | xij | 20 | |
| viij | f | xj | 21 | |
| vij | g | x | 22 | Sotheris & Caij Pontificum, & martyrum. ſemiduplex. |
| vj | A | ix | 23 | Georgij martyris. ſemiduplex. |
| v | b | viij | 24 | |
| iiij | c | vij | 25 | Marci Euangeliſtæ. duplex. |
| iij | d | vj | 26 | Cleti, & Marcellini Pontif. & martyrū. ſemiduplex. |
| ij | e | v | 27 | |
| j | f | iiij | 28 | Vitalis martyris. |
| * | g | iij | 29 | |
| xxix | A | Prid. | 30 | |

MA-

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | MAIVS. |
|---|---|---|---|---|
| xxviij | b | Kal. | 1 | Philippi & Iacobi apoſt. dup. |
| xxvij | c | vj | 2 | Athanaſij epiſcopi & conf. dup. |
| xxvj | d | v | 3 | Inuentio S. Crucis. duplex. & commem. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli mar. ac Iuuenalis epiſc. & conf. |
| 25. xxv | e | iiij | 4 | Monicæ viduæ. |
| xxiiij | f | iij | 5 | |
| xxiij | g | Prid. | 6 | Ioannis ante Portam Latinam. dupl. |
| xxij | A | non. | 7 | |
| xxj | b | viij | 8 | Apparitio ſancti Michaelis. dupl. |
| xx | c | vij | 9 | Sancti Gregorij Theologi epiſcopi, & confeſſ. dupl. |
| xix | d | vj | 10 | Gordiani, & Epimachi mart. |
| xviij | e | v | 11 | |
| xvij | f | iiij | 12 | Nerei, Archilei, & Pancratij mart. |
| xvj | g | iij | 13 | |
| xv | A | Prid. | 14 | Bonifacij martyris. |
| xiiij | b | Idib. | 15 | |
| xiij | c | xvij | 16 | |
| xij | d | xvj | 17 | |
| xj | e | xv | 18 | |
| x | f | xiiij | 19 | Pudentianæ virginis. |
| ix | g | xiij | 20 | |
| viij | A | xij | 21 | |
| vij | b | xj | 22 | |
| vj | c | x | 23 | |
| v | d | ix | 24 | |
| iiij | e | viij | 25 | Vrbani papæ, & martyris. |
| iij | f | vij | 26 | Eleutherij papæ, & martyris. |
| ij | g | vj | 27 | Ioannis papæ, & martyris. |
| j | A | v | 28 | |
| * | b | iiij | 29 | |
| xxix | c | iij | 30 | Felicis papæ, & martyris. |
| xxviij | d | Prid. | 31 | Petronillæ virginis. |

# IVNIVS.

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi cal. | | Dies menſis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxvij | e | Kal. | 1 | |
| 25. xxvj | f | iiij | 2 | Marcellini, Petri, & Eraſmi mart. |
| xxv xxiiij | g | iij | 3 | |
| xxiij | A | Prid. | 4 | |
| xxij | b | Non. | 5 | |
| xxj | c | viij | 6 | |
| xx | d | vij | 7 | |
| xix | e | vj | 8 | |
| xviij | f | v | 9 | Primi & Feliciani mart. |
| xvij | g | iiij | 10 | |
| xvj | A | iij | 11 | Barnabæ apoſtoli. dup. |
| xv | b | Prid. | 12 | Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. |
| xiiij | c | Idib. | 13 | |
| xiij | d | xviij | 14 | Baſilij epiſcopi, & confeſſ. dup. |
| xij | e | xvij | 15 | Viti, Modeſti, & Creſcentiæ mart. |
| xj | f | xvj | 16 | |
| x | g | xv | 17 | |
| ix | A | xiiij | 18 | Marci, & Marcelliani mart. |
| viij | b | xiij | 19 | Geruaſij, & Protaſij mart. |
| vij | c | xij | 20 | Siluerij papæ & martyris. |
| vj | d | xj | 21 | |
| v | e | x | 22 | Paulini epiſcopi & confeſſ. |
| iiij | f | ix | 23 | Vigilia. |
| iij | g | viij | 24 | Natiuit. S. Ioan. Baptiſtæ. dup: |
| ij | A | vij | 25 | De octaua Natiuit. S. Ioan. Bapt. |
| j | b | vj | 26 | Ioan. & Pauli mart. ſemidu. cum comme. octa. Natiuit. S. Ioan. Bapt. |
| * | c | v | 27 | De octa. Natiuit. S. Ioan. |
| xxix | d | iiij | 28 | Leonis papæ & confeſſ. ſemid. cum com. octau. & vigiliæ. |
| xxviij | e | iij | 29 | Petri & Pauli apoſtolorum dup. |
| xxvij | f | Prid. | 30 | Commemoratio S. Pauli apoſto. dup. & comme. octa. S. Ioan. |

IVLIVS.

| Cyclus Epactarū. | Lit. Dñical. | | Dies menſis. | IVLIVS. |
|---|---|---|---|---|
| xxvj | g | Kal. | 1 | Octa.S.Ioan.Bap. dup.&cō. oct. apoſt. |
| 25. xxv | A | vj | 2 | Viſitatio B.Mariæ. dup. cū cō. oct.apoſt. |
| xxiiij | b | v | 3 | De octaua apoſtolorum. |
| xxiij | c | iiij | 4 | De octaua. |
| xxij | d | iij | 5 | De octaua. |
| xxj | e | Prid. | 6 | Oct.apoſtol.Petri & Pauli. dup. |
| xx | f | Non. | 7 | |
| xix | g | viij | 8 | |
| xviij | A | vij | 9 | |
| xvij | b | vj | 10 | Septem fratrum mart. & SS. Ruffinæ, ac Secundæ mart. ſemid. |
| xvj | c | v | 11 | Pij papæ & mart. |
| xv | d | iiij | 12 | Naboris & Felicis mart. |
| xiiij | e | iij | 13 | Anacleti papæ & mart. ſemid. |
| xiij | f | Prid. | 14 | Bonauenturæ pontif.& conf. ſemid. |
| xij | g | Idib. | 15 | |
| xj | A | xvij | 16 | |
| x | b | xvj | 17 | Alexij confeſſ. |
| ix | c | xv | 18 | Symphoroſæ cum ſeptem filijs mart. |
| viij | d | xiiij | 19 | |
| vij | e | xiij | 20 | Margaritæ virginis & mart. |
| vj | f | xij | 21 | Praxedis virginis. |
| v | g | xj | 22 | Mariæ Magdalenæ dup. |
| iiij | A | x | 23 | Apollinaris epiſcopi & mart. ſemid. |
| iij | b | ix | 24 | Vig. & com.S.Chriſtinæ virg. & mart. |
| ij | c | viij | 25 | Iacobi apoſt. dup. & com S.Chriſtophori mart. in laudibus tantum. |
| j | d | vij | 26 | |
| * | e | vj | 27 | Pantaleonis mart. |
| xxix | f | v | 28 | Nazarij, Celſi, & Victoris papæ mart. & Innocentij papæ & conf. ſemid. |
| xxviij | g | iiij | 29 | Marthæ virginis. ſemidup.& comme SS. Felicis papæ, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis mart. |
| xxvij | A | iij | 30 | Abdon & Sennen martyr. |
| 25. xxvj | b | Prid. | 31 | |

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | A V G V S T V S. |
|---|---|---|---|---|
| xxv xxiiij | c | Kal. | 1 | Petri ad vincula. dup.& cõ. SS.Mach.m̃. |
| xxiij | d | iiij | 2 | Stephani papæ & mart. |
| xxij | e | iij | 3 | Inuentio S.Stephani protomar. ſemid. |
| xxj | f | Prid. | 4 | Dominici confeſſ. dupl. |
| xx | g | Non. | 5 | Dedic.S.Mariæ ad Niues. dupl. |
| xix | A | viij | 6. | Transfiguratio Domini. dup. & cõ. SS. Sixti papæ, Feliciſsimi & Agapiti mar. |
| xviij | b | vij | 7 | Donati epiſcopi, & mart. |
| xvij | c | vj | 8 | Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. ſemid. |
| xvj | d | v | 9 | Vigilia. (& com. S.Romani mar. |
| xv | e | iiij | 10 | Laurentij martyris. dupl. |
| xiiij | f | iij | 11 | De octaua S. Laurentij. cum comme. SS. Tiburtij & Suſannæ martyrum. |
| xiij | g | Prid. | 12 | De octaua. & com. S.Claræ virg. |
| xij | A | Idib. | 13 | De oct.& cõ. SS.Hippolyti, & Caſsiani m̃ |
| xj | b | xix | 14 | De oct.cũ com Vig.& S.Euſebij conf. |
| x | c | xviij | 15 | Aſſumptio B.Mariæ virginis. duplex. |
| ix | d | xvij | 16 | De oct. Aſſum.B.M.cũ cõ. oct.S.Lauren. |
| viij | e | xvj | 17 | Octa.S.Laurẽtij.dup.& cõ. oct.Aſſum. |
| vij | f | xv | 18 | De octaua. & com. S.Agapiti mart. |
| vj | g | xiiij | 19 | De octaua. |
| v | A | xiij | 20 | Bernardi abba.dup.cũ cõm. oct.Aſſump. |
| iiij | b | xij | 21 | De octaua. |
| iij | c | xj | 22 | Oct.Aſſum.B.M.dup.cum cõ. SS.Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart. |
| ij | d | x | 23 | Vigilia. |
| j | e | ix | 24 | Bartholomæi apoſtoli. dup. Romæ celebratur die 25. |
| * | f | viij | 25 | Ludouici regis Franciæ conf. |
| xxix | g | vij | 26 | Zepherini papæ & mart. |
| xxviij | A | vj | 27 | |
| xxvij | b | v | 28 | Auguſtini epiſcopi conf. & Eccle. Doct. dup.& com. S.Hermetis mar. |
| xxvj | c | iiij | 29 | Decol.S.Ioã.Bap. dup.& cõ. S.Sabinæ m̃. |
| 25. xxv | d | iij | 30 | Felicis & Adaucti mart. |
| xxiiij | e | Prid. | 31 | |

SEPTEM-

Digitized by Google

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | SEPTEMBER. |
|---|---|---|---|---|
| xxiij | f | Kal. | 1 | Aegidij abba. & cõ. SS.mar.xij.Fratrũ. |
| xxij | g | iiij | 2 | |
| xxj | A | iij | 3 | |
| xx | b | Prid. | 4 | |
| xix | c | No. | 5 | |
| xviij | d | viij | 6 | |
| xvij | e | vij | 7 | |
| xvj | f | vj | 8 | Natiuitas B.Mariæ. du. & cõ. S. Adriani mart. in laudibus tantum. |
| xv | g | v | 9 | De oct.S.Mariæ. & cõ.S.Gorgon.mar. |
| xiiij | A | iiij | 10 | De octaua. |
| xiij | b | iij | 11 | De oct. & cõ. SS.Prothi,&Hyacin. m̃. |
| xij | c | Prid. | 12 | De octaua. |
| xj | d | Idib. | 13 | De octaua. |
| x | e | xviij | 14 | Exaltatio S. Crucis. dupl. cum comme. octauæ Nat.S.Mariæ. |
| ix | f | xvij | 15 | Octaua Natiuitat. B.M. dup. cũ cõme: S.Nicomedis mart. |
| viij | g | xvj | 16 | Cornelij & Cypriani pontif. & mart. ſemid. cũ cõ. SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani mart. |
| vij | A | xv | 17 | |
| vj | b | xiiij | 18 | |
| v | c | xiij | 19 | |
| iiij | d | xij | 20 | Vig. & cõ. S.Euſtachij,& ſociorũ m̃. |
| iij | e | xj | 21 | Matthæi Apoſtoli dup. |
| ij | f | x | 22 | Mauritij & ſociorum mart. |
| j | g | ix | 23 | Lini papæ & mar. ſemid. cum comme. S.Theclæ virg.& mart. |
| * | A | viij | 24 | |
| xxix | b | vij | 25 | |
| xxviij | c | vj | 26 | Cypriani,& Iuſtinæ mart. |
| xxvij | d | v | 27 | Coſmæ & Damiani mart. ſemidup. |
| 25. xxvj | e | iiij | 28 | |
| xxv xxiiij | f | iij | 29 | Dedicatio S. Michaelis Archang. dup. |
| xxiij | g | Prid. | 30 | Hieron. preſ.& cõf.& Eccl. Doct. dup. |

OCTO.

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi cal. | | Dies menſis. | OCTOBER. |
|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Kal. | 1 | Remigij epiſcopi & confeſſ. |
| xxj | b | vj | 2 | |
| xx | c | v | 3 | |
| xix | d | iiij | 4 | Franciſci confeſſ. duplex. |
| xviij | e | iij | 5 | |
| xvij | f | Prid. | 6 | |
| xvj | g | No. | 7 | Sancti Marci papæ & confeſſoris. cũ cõ memora. Sanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyrum. |
| xv | A | viij | 8 | |
| xiiij | b | vij | 9 | Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij martyrum. ſemidup. |
| xiij | c | vj | 10 | |
| xij | d | v | 11 | |
| xj | e | iiij | 12 | |
| x | f | iij | 13 | |
| ix | g | Prid. | 14 | Calixti papæ & mart. ſemidup. |
| viij | A | Idib. | 15 | |
| vij | b | xvij | 16 | |
| vj | c | xvj | 17 | |
| v | d | xv | 18 | Lucæ Euangeliſtæ. duplex. |
| iiij | e | xiiij | 19 | |
| iij | f | xiij | 20 | |
| ij | g | xij | 21 | Hilarionis abbatis. & commemoratio Sanctarum Vrſulæ, & ſociarum virginum & marty. |
| j | A | xj | 22 | |
| * | b | x | 23 | |
| xxix | c | ix | 24 | |
| xxviij | d | viij | 25 | Chryſanti, & Dariæ mart. |
| xxvij | e | vij | 26 | Euariſti papæ & mart. |
| xxvj | f | vj | 27 | Vigilia. |
| 25. xxv | g | v | 28 | Simonis & Iudæ Apoſtolorum. dup. |
| xxiiij | A | iiij | 29 | |
| xxiij | b | iij | 30 | |
| xxij | c | Prid. | 31 | Vigilia. |

NO-

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñi-cal. | | Dies menſis. | NOVEMBER. |
|---|---|---|---|---|
| xxi | d | Kal. | 1 | Feſtum omnium ſanctorum. dup. |
| xx | c | iiij | 2 | Cõmemoratio omniũ fideliũ defuncto-rũ. dup. & de oct. omniũ Sãctorum. |
| xix | f | iij | 3 | De octaua. |
| xviij | g | Prid. | 4 | De octaua. cũ com. SS. Vitalis & Agricolæ mart. |
| xvij | A | No. | 5 | De octaua. |
| xvj | b | viij | 6 | De octaua. |
| xv | c | vij | 7 | De octaua. |
| xiiij | d | vj | 8 | Octaua omnium SS. dup. & cõme. SS. Quatuor Coronatorum mart. |
| xiij | e | v | 9 | Dedicatio Baſilicæ Saluatoris. dup. cũ commemo. S. Theodori mart. |
| xij | f | iiij | 10 | Triphonis, Reſpicij, & Nymphæ mart. |
| xj | g | iij | 11 | Martini epiſcopi & confeſſ. dup. & cõ. S. Mennæ mart. |
| x | A | Prid. | 12 | Martini papæ & mart. ſemidup. |
| ix | b | Idib. | 13 | |
| viij | c | xviij | 14 | |
| vij | d | xvij | 15 | |
| vj | e | xvj | 16 | |
| v | f | xv | 17 | Gregorij Thaumaturgi epiſ. & confeſ. |
| iiij | g | xiiij | 18 | Dedicatio Baſilicarũ Petri & Pauli. du. |
| iij | A | xiij | 19 | Pontiani Papæ & mart. |
| ij | b | xij | 20 | |
| j | c | xj | 21 | |
| * | d | x | 22 | Cæciliæ virg. & mart. ſemidup. |
| xxix | e | ix | 23 | Clementis papæ & mart. ſemidup. cum comme. S. Felicitatis mart. |
| xxviij | f | viij | 24 | Chryſogoni mart. |
| xxvij | g | vij | 25 | Catherinæ virg. & mart. duplex. |
| 25. xxvj | A | vj | 26 | Petri Alexandrini epiſc. & mart. |
| xxv xxiiij | b | v | 27 | |
| xxiij | c | iiij | 28 | |
| xxij | d | iij | 29 | Vigilia. & cõme. S. Saturnini mar. |
| xxj | e | Prid. | 30 | Andreæ Apoſtoli. duplex. |

DECEM-

| Cyclus Epactarũ. | Lit. Dñical. | | Dies menſis. | DECEMBER. |
|---|---|---|---|---|
| xx | f | Kal. | 1 | |
| xix | g | iiij | 2 | Bibianæ virginis & mart. |
| xviij | A | iij | 3 | |
| xvij | b | Prid. | 4 | Barbaræ virg.& mart.comme. |
| xvj | c | No. | 5 | Sabbæ abbatis. comme. |
| xv | d | viij | 6 | Nicolai epiſcopi & confeſſ. ſemid. |
| xiiij | e | vij | 7 | Ambroſij epiſ.& cóſ.& Eccl.Doc. du. |
| xiij | f | vj | 8 | Conceptio B.Mariæ. dup. |
| xij | g | v | 9 | |
| xj | A | iiij | 10 | Melchiadis papæ & mart. comme. |
| x | b | iij | 11 | Damaſi papæ & confeſſoris. ſemidup. |
| ix | c | Prid. | 12 | |
| viij | d | Idib. | 13 | Luciæ virginis & mart. dup. |
| vij | e | xix | 14 | |
| vj | f | xviij | 15 | |
| v | g | xvij | 16 | |
| iiij | A | xvj | 17 | |
| iij | b | xv | 18 | |
| ij | c | xiiij | 19 | |
| j | d | xiij | 20 | Vigilia. |
| * | e | xij | 21 | Thomæ apoſtoli. duplex. |
| xxix | f | xj | 22 | |
| xxviij | g | x | 23 | |
| xxvij | A | ix | 24 | Vigilia. |
| xxvj | b | viij | 25 | Natiuitas D.N.Ieſu Chriſti. dupl. |
| 25. xxv | c | vij | 26 | Stephani protom. dup.cũ cõ. oct.Nat. |
| xxiiij | d | vj | 27 | Ioannis Apoſt.& Euãg. dup.cũ com. |
| xxiij | e | v | 28 | SS.Innocentiũ mart. dup.cũ cõm. Oct. |
| xxij | f | iiij | 29 | Thomæ Cantuarienſis Epiſco.& mart. ſemidup.cum comme. octauarum. |
| xxj | g | iij | 30 | De Dominica infra oct.Natiuit.vel de octa.cum comme. octauarum. |
| 19. xx | A | Prid. | 31 | Silueſtri papæ & cõfeſſoris. duplex.cũ comme. octauarum. |

Hæc Epacta 19. nigra nunquam eſt in vſu,niſi quãdo eodem anno concurrit cum aureo numero. xix.

FINIS.

Digitized by Google

# MANVALE AD SACRAMENTA ECCLESIÆ MINIſtranda.

LIBRARIA DE COLLEGIO IMPERIAL IHS

*Canones generales adminiſtrationis Sacramentorum.*

1 *Sacramenta Baptiſmi, Pœnitentiæ,* [a] *Euchariſtiæ, et Extremæ vnctionis (quorum adminiſtratio ad ſacerdotem pertinet) debent à proprijs ſacerdotibus, hoc eſt, Parochis, miniſtrari, et non ab alijs, niſi de propriorum licentia, aut in caſu neceſſitatis.*

2 *Curet ſacerdos, cùm ſacramentum* [b] *miniſtrat, illud pura conſcientia exequi: et accedens ſupplex ad altare pro temporis opportunitate dicat.* Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: & me, qui etiam miſericordia tua primus indigeo, clementer exaudi; & quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ, conſtituiſti huius operis miniſtrum; da fiduciã tui muneris exequendi, atque ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ pietatis eſt, operare. Qui viuis, &c.

3 *Sacerdos nullum ſacramentum conferat excommunicato, vel exiſtenti in peccato mortali notorio.*

4 *Sacerdos cùm ſacramenta miniſtrat, illorum vim; et vſum (ſi commodè fieri poſsit) pro ſuſcipientium captu, prudenter, etiam lingua vernacula, explicet: vt decreuit Synodus Tridentina* [c].

*[a] 16. q. 1. cano. interdicim⁹ & de pœni. & remiſ. cap. omnis vtriuſque. & de priuil. Clemẽt. 1.*

*[b] 81. diſt. can. Maximian⁹.*

*[c] Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 7.*

# De Sacramento Baptiſmi.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti baptiſmi.*

1 *Iure ſuo datũ eſt ſacerdotibus baptizare, ſed id in aliena parochia non licet exequi, niſi de parochi licentia.*

2 *Quoties infans, aut catechumenus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolemnitate baptizari à quocunque, ſiue clerico, ſiue laico, viro, aut fœmina, ſeruata forma, et intentione Eccleſiæ. Sed ſi adſit ſacerdos præferatur Diacono, Diaconus Subdiacono, clericus laico, et vir fœminæ: niſi pudoris gratia deceat fœminam, potiuſquàm virum baptizare infantem non omnino editum: vel niſi melius [a] fœmina ſciret formam baptizandi.*

3 *Pater, aut [b] mater non debet baptizare filiũ, præterquã in mortis articulo, quãdo alius nõ reperitur, qui baptizet.*

## De patrinis.

4 *Pater, aut [c] mater proprium filium ad baptiſmum non teneat, etiam ſi immineat filio mortis periculum; quia tunc non eſt opus patrino.*

5 *Qui ignorauerint orationem [d] Dominicam, et Symbolum fidei, et qui non ſunt [e] baptizati: et illi qui non poſſunt reſpondere pro baptizato, cæteraque præſtare quæ ad patrini munus ſpectãt: abbas et [f] monachus, et quicunque religionem profeſſus, non admittantur vt ſint patrini; clerici verò ſæculares, et milites ordinum militarium, admitti poſſunt.*

6 *Plures patrini [g] admitti non debent. Nam in Synodo Tridẽtina [h] definitum extat, vt vnus tantum ſiue vir,*

a Ex catechiſmo.
b 30. q. 1. can. ad limi[illegible]s.
c De cogn. ſpir. cap. ſi vir.
d De conſec. d. 4. can. Vos ante omnia.
e De conſec. d. 4. can. in baptiſmate.
f 16. q. 1. can. placuit el 2. de conſ. d. 4. can. nõ licet.
g De cõſ. d. 4. can. nõ plures.
h Seſſ. 24. c. 2.

ſiue

*ſiue mulier, vel adſummum vnus, et vna, baptizatum de fonte ſuſcipiant. Parochus antequam ad baptiſmum accedat, diligenter ſciſcitetur ab ijs, ad quos ſpectabit; quē, vel quos elegerint patrinos, et eum vel eos tantum admittat; et in libro eorum nomina deſcribat; doceatque eos, quam cognationem contrahunt.*

7 *Patrinus, aut matrina, aut ambo ſimul, cognationem ſpiritualem in baptiſmo contrahunt, ſi baptizatum ad baptiſmum, cum effuſione, vel aſperſione perficitur, tenent: cùm vero immerſione, qui immediate de ſacro fonte è manibus ſacerdotis leuant: aliàs nullam cognationem ſpiritualem contrahunt. De qua re, à parocho admoneantur.*

## De materia, & Forma, & modo ablutionis.

8 *Non eſt opus quoties Baptiſmus conferendus eſt, toties aquam conſecrare; licebit enim aquam ſemel conſecratam, aliquandiu conſeruare, modo ſingulis, vt minimū, quindecim diebus, noua conſecretur aqua, ne vetus corrumpatur; ſeruetúrque non in alio vaſe, ſed intra ipſum fontem baptiſmalem.*

9 *Baptiſmus fieri poteſt per effuſionem, aut immerſionem, aut aſperſionem, iuxta conſuetudinem vniuſcuiuſque Eccleſiæ.*

10 *Sacerdos, et quilibet baptizans, cum profert verba,* Ego te baptizo, &c. *ſimul et eodem tempore eum, qui baptizatur, vel ſemel, aut ter mergat, vel aquam ſuper eius caput effundat, vel aſpergat.*

## De tempore, & loco baptiſmi celebrandi.

11 *Baptiſmus quouis tempore conferri poteſt, etiam interdicti; et ceſſationis: non ſolum paruulis* [a] *, ſed etiam adultis* [b] *: excluſis excommunicatis, et interdictis: ſimiliter de Catechiſmo, et exorciſmis dicendum.*

12 *Sacerdos non debet extra neceſſitatem, aliquos in domibus priuatis baptizare; ſed in Eccleſijs, in quibus ſunt baptiſmi fontes, ad id deputati: niſi ſint Regum, aut Principum liberi* [c] *.*

[a] De ſpon. c. non eſt vobis.

[b] De ſent. exc. in 6. c. quoniã.

[c] Clem. 1. de baptiſ.

## De vnctione chriſmatis.

13 *Sacerdos non vngat frontem baptizati chriſmate, ſed tantum ſummitatem capitis: frontem enim ſolus Epiſcopus vngit, in confirmatione* [d] *.*

[d] De cõſe. diſ. 5. can. Nouiſſime.

## De baptiſmo eorum qui de vita periclitantur.

14 *Si de vita infantis, vel catechumeni timeatur, tunc baptiſmus minus ſolemnis, ita peragitur. Sacerdos, ſiue alius baptizans, prætermiſſis alijs omnibus; baptizat eum, proferens verba:* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *fundens ſimul parum aquæ, ſuper caput baptizandi.*

15 *Dum fœtus* [e] *eſt in vtero incluſus, non poteſt baptizari. Si vero caput emergat, et timeatur periculum mortis, baptizetur, etiam non cognito ſexu: et poſtea natus non rebaptizabitur, etiam ſub conditione. Secus tamen ſi pedem,*

[e] De conſ. d. 4. can. qui in maternis.

*aut manum emiſerit extra vterum*[a] *matris, quia tunc membrum illud baptizabitur; et poſtea natus puer baptizetur ſub conditione: vt*[b] *infra annotatur.* [a] S. Tho. 3. part. q. 68. ar. 11. ad 4.

16 *Si mater mortua fuerit, viuente adhuc prole in vtero; extrahatur fœtus, et baptizetur*[c]. [b] Can. 18.

17 *Cum infans vel adultus baptizatus fuerit extra Eccleſiam, ob mortis periculum, poſtea cum conualuerit, vel cum primum licuerit, deferatur ad Eccleſiã; et ſolemni ritu fiant omnia præſcripta in Manuali, vt fit in alijs: videlicet catechiſmus, et exorciſmi, et c. hoc vno excepto, quod non adhibeatur aqua, neque forma verborum proferatur, quibus baptiſmus conficitur, quia iam erat baptizatus.* [c] S. Tho. vbi ſupra ad 3.

18 *Si verò re diligenter perquiſita, fuerit dubium vtrum ſit baptizatus; ſub conditione baptizetur (aliàs non) dicendo:* ſi non es baptizatus[d], ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. [d] De bap. cap. de quibus.

19 *Scribat ſemper in libro Parochus nomen Patrini, qui infantem tenuit ad baptiſmum, et eius qui tenuit eum tantum ad exorciſmos, et catechiſmũ, vt cognoſcatur an cognatio cõtracta dirimat, vel ſolum impediat matrimonium. Nam cognatio quæ oritur ex catechiſmo, tantum impedit matrimonium*[e] *contrahendum, nec dirimit contractum. Quanquam curare debet, vt ſi commode fieri poſſit, vnus, et idem ſit Patrinus baptiſmi, et exorciſmorum.* [e] De cogn. ſpir. lib. 6. c. per Catechiſmum.

## De Baptiſmo adulti.

20 *Quando adultus petierit baptiſmum, debet prius inſtitui in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu, competenti dierum ſpa-*



Digitized by Google

*tio, ita vt ſufficienter, iudicio prudentium, antequam baptizetur, ſit in fide inſtructus. Si tamen eſſet morti proximus, habita tunc periculi ratione, inſtruatur, et baptizetur.*

21 *Catechumenus inſtructus in rebus fidei, baptizetur in Eccleſia; Patrinus ei aſsiſtat, et ipſe catechumenus debet reſpondere ad interrogata* [a], *ſiquidem ætatem habet.*

a De conſ. d. 4. can. cũ pro paruulis.

22 *Admonendus eſt catechumenus, vt dolorem habeat veteris vitæ* [b], *ſed nulla ei iniungatur pœnitẽtia, in ſatisfactionẽ; quantumuis grauia, et enormia peccata cõmiſerit.*

b De conſ. d. 4. can. omnis qui iã, & Cõ. Trid. ſeſſ. 14. c. 1.

23 *Amentes, et furioſi, qui cũ aliquãdo cõpotes mẽtis eſſent, inciderũt in inſaniã, nõ ſunt baptizãdi, niſi vitæ periculũ immineat. Cum autẽ imminet, ſi antequàm furere, aut inſanire cœperint, ſuſcipiẽdi baptiſmũ ſignificationẽ dederũt; baptizãdi ſunt: ſin minus, ab adminiſtratione baptiſmi abſtinendum eſt. Idẽ ſentiendum eſt de* [c] *dormientibus. Quod ſi fuerint perpetuo amentes, et rationis expertes baptizandi ſunt, in fide Eccleſiæ, non ſecus ac infantes.*

c Ex Catechiſ. & de baptiſ. c. maiores. §. fin.

## De impoſitione nominis.

24 *Suadeat parochus, vt nomen alicuius ſancti ſemper imponatur baptizato* [d]: *vt excellentis virtutis, et ſanctitatis imitatione, ad Chriſti pietatem animus eius excitetur. Speretq́; ſibi eum Patronum fore, ad omnes animæ, et corporis moleſtias ſuperandas.*

d Ex Catechiſmo.

## Fontis conſecratio, vt in Sabbatho Sancto.

Si non ſit copia aquæ conſecratæ; Sacerdos accedens

ad fontem baptiſmi, indutus ſuperpelliceo,& ſtola albi coloris,ſi commodè haberi poſſit ( quod ſemper intelligendum eſt,quando de coloribus paramentorum agitur) paratiſque cruce, candela accenſa, oleo Catechumenorum, & Chriſmate, procedit ad benedictionem fontis:abſolutè incipiendo,ſine cantu.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cælum & terram. Verſ. Sit nomen Domini benedictum. Reſpon. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſpon. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus,adeſto magnæ pietatis tuę myſterijs:adeſto ſacramẽtis, & ad recreãdos nouos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit,ſpiritum adoptionis emitte: vt quod noſtrę humilitatis gerendũ eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum noſtrũ. Proſequitur. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Dignum, & iuſtum eſt. Vere dignum, & iuſtum eſt,æquum,& ſalutare: Nos tibi ſemper, & vbiq; gratias agere,Domine Sancte, Pater omnipotens:æterne Deus: qui inuiſibili potentia, Sacramentorum tuorum,mirabiliter operaris effectũ: & licet nos tantis myſterijs exequẽdis ſimus indigni:tu tamẽ gratiæ tuæ dona nõ deſerens,etiam ad preces noſtras,aures tuę pietatis inclinas. Deus cuius ſpiritus ſuper aquas, inter ipſa Geneſ. 1.

mundi primordia ferebatur, vt iam tunc virtutem ſanctificationis aquarum natura conciperet: Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis ſpeciem in ipſa diluuij effuſione ſignaſti, vt vnius eiuſdemque elementi myſterio; & finis eſſet vitijs, & origo virtutibus: reſpice Domine in faciem Eccleſiæ tuæ, & multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratiæ tuæ affluentis impetu, lætificas ciuitatem tuam, fontemque Baptiſmatis, aperis toto orbe terrarũ, gentibus innouandis: vt tuę maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui gratiam, de Spiritu ſancto.

*Geneſ. 7.*

*Pſal. 45.*

*Marc. 16.*

Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis, dicens. Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam, arcana ſui numinis admiſtione fœcundet: vt, ſanctificatione concepta, ab immaculato diuini fontis vtero, in nouam renata creaturam, progenies cæleſtis emergat. Et quos aut ſexus in corpore, aut ætas diſcernit in tempore, omnes in vnam pariat, gratia, mater, infantiam. Procul ergo hînc, iubente te Domine omnis ſpiritus immundus abſcedat: procul tota nequitia diabolicæ fraudis abſiſtat: nihil hîc loci habeat, contrariæ virtutis admiſtio: non inſidiando circumuolet; non latendo ſubrepat; non inficiendo corrumpat. Aquam manu tangit. Sit hæc ſancta & innocens creatura, libera ab omni impugnatoris incurſu, & totius nequitiæ purgata diſceſſu. Sit fons viuus, aqua regenerans: vnda purificans: vt omnes hoc lauacro ſalutifero diluendi, operante in

eis Spiritu ſancto; perfectæ purgationis gratiam con-
ſequantur. Facit cruces ſupra fontem, dicens. Vnde
bene ✠ dico te creatura aquæ, per Deum ✠ viuum;
per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum; per
Deum qui te in principio, verbo ſeparauit ab arida, cu-
ius ſpiritus ſuper te ferebatur. Diuidit aquam, & effun-
dit in quatuor mundi partes, dicens: Qui te de para- *Geneſ.2.*
dyſi fonte manare fecit; & in quatuor fluminibus di-
uidens, totam terram rigare præcepit: qui te in de- *Exod.15.*
ſerto amaram, ſuauitate indita fecit eſſe potabilem; &
ſitienti populo, de petra produxit: bene ✠ dico te, *Exod.17.*
& per Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Domi-
num noſtrum, qui te in Chana Galilęæ, ſigno admi- *Ioan.2.*
rabili ſua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus *Matt.14.*
ſuper te ambulauit; & à Ioanne in Iordane, in te bap- *Matth.3.*
tizatus eſt. Qui te vna cum ſanguine, de latere ſuo pro- *Ioan.19.*
duxit; & diſcipulis ſuis iuſſit, vt credentes baptizaren-
tur in te, dicens. Ite docęte omnes gentes, baptizantes *Matt.22.*
eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Pro- *Marc.16.*
ſequitur. Hæc nobis præcepta ſeruantibus, tu Deus
omnipotens, clemens adeſto, tu benignus aſpira. Ha-
lat tèr in aquam in modum crucis, dicens. Tu has
ſimplices aquas, tuo ore benedicito, vt præter natu-
ralem emundationem, quam lauandis poſſunt adhi-
bere corporibus: ſint etiam purificandis mentibus ef-
ficaces. Hic Sacerdos ponit cereum parum intus in
aquam, & dicit: Deſcendat in hanc plenitudinem
fontis, virtus Spiritus ſancti. Deinde extractum ce-

 reum

reum de aqua, iterum profundiùs mergit, repetens. Deſcendat in hanc plenitudinem fontis, virtus Spiritus ſancti. Poſtea extractum rurſus cereum de aqua, tertio immergens vſque ad fundum: adhuc repetit. Deſcendat in hanc plenitudinem fontis, virtus Spiritus ſancti. Et deinde ſufflans ter in aquam, proſequitur. Totamque huius aquæ ſubſtantiam, regenerandi fœcundet effectu. Hic tollitur cereus de aqua, & proſequitur. Hic omnium peccatorum maculæ deleantur; hic natura ad imaginem tuam condita, & ad honorem ſui reformata principij, cunctis vetuſtatis ſqualoribus emundetur: vt omnis homo Sacramentum hoc regenerationis ingreſſus, in veræ innocentiæ, nouam infantiam renaſcatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſpon. Amen. His peractis, Sacerdos qui benedixit fontem, infundit de oleo catechumenorum in aquam in modum crucis, dicens: Sanctificetur, & fœcundetur fons iſte oleo ſalutis, renaſcentibus ex eo in vitam æternam. Reſpon. Amen. Deinde infundit de chriſmate modo quo ſupra, dicens. Infuſio chriſmatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti Paracliti, fiat in nomine ſanctæ Trinitatis. Reſpon. Amen. Poſtea accipit ambas ampullas dicti olei Sancti, & chriſmatis, & de vtroque ſimul in modum crucis infundendo, dicit. Commiſtio chriſmatis ſanctificationis, & olei vnctionis, & aquæ baptiſmatis, pariter fiat in nomine Pa-

tris,

tris,& Filij, & Spiritus ✠ ſancti. Reſp. Amen. Tunc miſcet ipſum oleum cum aqua, & ſpargit cum manu ſua per omnem fontem. His actis, Sacerdos celebrat baptiſmum, modo qui ſequitur.

## De ritibus, & cærimonijs adhibendis ad baptiſmum maſculi.

Conſtituto infante ante fores Eccleſiæ, ſacerdos indutus ſuperpelliceo; ſtola, & pluuiali albi coloris, vel ſaltem ſuperpelliceo, & ſtola: præparatis cruce, candela accenſa, oleo catechumenorum, & chriſmate, & infante aſſumpto ſuper brachium dextrum Patrini, faciat officium ſequens.

Si Pontifex hoc Sacramentũ ſit adminiſtraturus, paratur amictu, alba, cingulo, cruce pectorali, ſtola quæ à collo pendeat, pluuiali albi coloris, mitra, & baculo; & ſedes paretur ei ad ſedendum quando oportebit: & capellani ſeruiant de libro, candela, & baculo. Igitur ſacerdos interroget Patrinos.

Quid fertis ad Eccleſiam, virum aut mulierem? Reſpondeant Patrini. Virum. Statim quærat. Quo nomine vocari vis? & Patrini. Petrus. vel Illefonſus. Sacerd. Quid petis ab Eccleſia? Patr. Fidem. Sacerd. Fides quid tibi

præſtabit? Patrin. Vitam æternam.

Tūc ſacerdos vocās proprio nomine baptizādū, dicat.

N. hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcas vnum, & verum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum filium eius: qui cum eodem Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus per omnia ſęcula ſęculorum. Rurſus ſacerdos interroget, Quo nomine vocaris? & Patrin. N.

Tunc ſacerdos exufflet ter in faciem infantis in modum crucis & dicat.

Pōt. ſurgit cum mitra, & baculo.

*De conſ. d. 4. can. ſicut noſtis.*

Exi ab eo immūde ſpiritus, & da locū aduenieti Spiritui ſancto, & recede ab hoc famulo Dei N. in nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtea pollice ſignet eum ſigno crucis in fronte, & in pectore, repetito nomine infantis, dicens:

Pont. ſedet cum mitra.

*De conſ. d. 4. can. poſtea.*

N. accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam in fron ✠ te quā in cor ✠ de, ſume fidem cæleſtium præceptorum, talem te exhibe moribus,

bus,

bus, vt templum Dei effici merearis. Per eundem Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deinde imponens manum ſuper caput infantis, dicit.

Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hũc famulum tuum N. quẽ ad rudimenta fidei, vocare dignatus es, omnem cœcitatem cordis ab eo expelle, dirumpe omnes laqueos ſathanæ, quibus fuerat colligatus. Per eundem Chriſtum, &c. Reſpon. Amen. Pôt. ſtat ſine mitra.

Deinde apprehenſa dextera manu infantis, introducat eum in Eccleſiam, dicens. Oratio.

Aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorum tuorum, lætus tibi in Eccleſia tua de-

ſeruiat,

ſeruiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, percepta medicina. Per Chriſtum. ℟. Amen. Oremus.

Pőt. ſtat ſine mitra.

Preces noſtras quęſumus Domine cleměter exaudi, & hunc electum tuum, N. crucis Dominicæ (cuius impreſsione eum ſigna ✠ mus) virtute cuſtodi: vt magnitudinis gloriæ tuę rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorũ, ad regenerationis gloriam, peruenire mereatur. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen. Oremus.

Pont. vt ſupra.

Deus qui humani generis ita es conditor, vt ſis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtaměto, nouę prolis ſobolẽ adſcribe, vt filij promiſsionis, quod nõ potuerunt aſſequi per naturã, gaudeant, ſe recepiſſe, per gratiam. Per Chriſtum. &c. ℟. Amen.

Hic

Hic faciat exorciſmũ ſalis, quod portari debet in vaſe.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terrã.

Pōt. ſtat cum mitra, & baculo.

Ver. Sit nomẽ Dñi benedictum. Reſ. Ex hoc nunc, & vſque in ſeculum.

Exorcizo te creatura ſalis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti.

Exorcizo te per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum: per Deum qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis, efficiaris ſalutare ſacramentum, ad effugandum inimicum: proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis, ſanctificando ſanctifi ✠ ces, benedicendo be

ne✠di-

ne ✠ dicas, vt fiat omnibus ſumentibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Reſpon. Amen.

Sal, & circunſtantes aſperguntur aqua benedicta. Hic apponat parum ſalis benedicti in os infantis, repetito eius nomine, dicens.

Pót. ſedet cum mitra. *De conſ. d. 4. can. ex hinc. can. poſtea. & can. ſal.*

N. accipe ſal ſapientiæ, ne à vermibus peccatorum vltrà putrefias, ſed illæſus ſerueris, ad maiorẽ gratiam percipiendam. Amen. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſpon. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus Patrum noſtrorũ, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, & veritatis auctor, te ſupplices exoramus, vt hunc famulum tuũ N. reſpicere digneris propitius: & hoc primũ pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permit-

tas,

tas, quominus cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper Domini ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens, & perduc eum Domine, ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis, promiſsionum tuarum æterna præmia conſequatur. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen.

Deinde imponens manũ ſuper caput infantis, ſignans cruce eius frontem, dicat. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit diſcipulis ſuis, Apoſtolis, præceptoribus noſtris, ite in nomine meo, manus imponite & dæmonia expellite, per hoc ſignũ cru ✠ cis: expelle ab hoc famulo tuo, N. omnem nequitiam aduerſi hoſtis. Per eundem Chriſtum. Amen. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus

Iacob, Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra AEgypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuę, qui cuſtodiret eos die, ac nocte: te quęſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum, vt ſimiliter cuſtodiat, & hunc famulum tuum, N. & perducat eum ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum. &c. Reſp. Amen.

Coniuratio.

Pōt. ſtat cum mitra,& baculo.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo, & vero, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto Paraclito, & recede ab hoc famulo Dei N. quia iſtum ſibi Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctā gratiam, & bene ✠ dictionē, fontemque baptiſmatis, dono ſuo vocare digna-

tus

tus eſt, & hoc ſignum ſanctę ✠ crucis quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculum per ignem. Reſpon. Amen. Oremus.

Deus immortale præſidium omnium poſtulãtium, liberatio ſupplicum, pax rogantium, vita credentiũ, reſurrectio mortuorum: te inuoco Domine ſuper hunc famulum tuum N. qui baptiſmi tui donum petens, æternam gratiam conſequi, ſpirituali regeneratione deſiderat. Ergo maledicte diabole. &c. Pót. ſtat ſine mitra.

Sacerdos accepta dextera infantis, offerat eum Deo, dicens.

Accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: petenti itaque præmium porri- Pót. ſtat cum mitra.

ge, & ianuam pande, pulſanti aperi, vt æternam cæleſtis lauacri bene ✠ dictionem cõſequutus, promiſſa tui muneris regna, percipiat. Ergo maledicte diabole. &c.

Alia coniuratio.

Pōt. ſtat cum mitra, & baculo.

Audi maledicte ſatana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius, cum tua victus inuidia, tremens, gemenſque diſcede: nihil tibi ſit commune cum ſeruo Dei N. iam cæleſtia cogitante, renuntiaturo tibi, ac ſęculo tuo, & beatę immortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui ſancto Paraclito, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte

Hic cruce cũm pollice ſignet pectus infantis,

purgatum pe ✠ ctus, id eſt, ſancti ✠ ficatum Deo templum, & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxis

præteri-

prę teritorum criminum liberatus, hic ſeruus Dei gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen eius in ſæcula ſæculorum. Reſpon. Amen.

Exorcizo te immunde ſpiritus, per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro, ne mergeretur, dexteram porrexit. Repetitur. Ergo maledicte. &c. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſpon. Et cum ſpiritu tuo. Pót. ſtat ſine mitra.

*Et ſignans primo librum, deinde ſibi, & infanti frontem, os, & pectus, dicit.*

Sequentia Sancti Euangelij ſecundũ Matthæum. ℟. Gloria tibi Domine. Cap. 28. Pót. ſtat cum baculo ſine mitra

In illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: data eſt mihi omnis poteſtas in cę lo, & in terra: Euntes ergo docete om-

nes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi. Reſpon. Laus tibi Chriſte.

Dicatur per Sacerdotem, & Patrinos Symbolum Apoſtolorum intelligibili voce.

Pót. ſtat ſine mitra.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus, Deſcendit ad inferos: Tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cælos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum, ſan-



Digitized by Google

ctam Eccleſiam catholicam. Sanctorũ communionem, remiſsionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, vitam æternam. Amen. Oratio Dominica.

Pater noſter qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Verſ. Saluum fac tuum ſeruum. ℟. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non nocebit ei. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſ. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Pont. vt ſupra.

AEternam, ac iuſtiſsimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, luminis, & veritatis auctor, ſuper hunc famulum tuum, vt digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eũ, & ſanctifica eum, & da ei ſcientiam veram, vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, teneat firmā ſpem. Amen. Conſilium rectum. Amen. Doctrinam ſanctam. Amen. Vt aptus ſit ad percipiēdam gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen.

Alia adiuratio, manu poſita ſuper caput infantis.

Pōt. ſtat cum mitra, & baculo.

NEc te lateat ſatana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi, atque vniuerſis Angelis tuis, æternus veniet interi-

tus:

tus: proinde damnate, atque damnande, da honorem Deo viuo, & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto: in cuius nomine, atque virtute pręcipio tibi, (quicunque es) ſpiritus immūde, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei, N. quem hodie, Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuā ſanctam gratiam, & bene ✠ dictionem, fontemque baptiſmatis, dono ſuo vocare dignatus eſt: vt fiat eius tēplum, per aquam regenerationis, in remiſſionem omnium peccatorū: in nomine eiuſdem Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculum per ignem. ℟. Amen.

Poſt hæc Sacerdos mittat parū ſaliuæ in palmā manus ſiniſtræ, & aſſumat de ea duobus digitis, pollice, & indice, & tangens primo aurē infantis dexteram, dicat;

Ephetah, quod eſt adaperire. Patrini ℟. Ephetah. Secundo tangens nares

Poſt. ſedet cum mitra.

dicit, In odorē ſuauitatis ℟. Ephetah.

Poſtremo tangens aurem ſiniſtram, dicit.

Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudiciū Dei. ℟. Ephetah.

Iterum, & tertio, hoc totum repetatur, modo ſupra ſcripto, & continuo Sacerdos dicit.

Póſt. ſtat cum mitra, & baculo.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotētis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat, & maneat ſuper te, & Angelus Domini cuſtodiat te, vſque dum venias ad ſanctum baptiſmum. Amen.

His expletis antequam procedant ad fontē, Sacerdos faciat pro tēporis opportunitate, admonitionē adſtantibus, lingua vulgari, de vi, vſu, & effectibus Sacramenti baptiſmi, iuxta decretum Concilij Tridentini.

Sequens fragmentum Diui Ambroſij ponitur hoc loco, vt ex eo Sacerdos ſi velit, poſſit ſumere materiam admonitionis. Idem iudiciū eſto de cęteris fragmentis Sanctorū, quæ ſuis locis in adminiſtratione ſingulorū Sacramentorū ponuntur, & de formulis admonitionū, ex Catecheſi Romana: niſi maluerit illis in lingua vulgari ad verbum vti; vel ſaltim aliqua illarum parte.

Cap. 4. tomo. 4.

Ex Diuo Ambroſio, libro de ijs qui myſterijs initiantur.

Hoc

HOC eſt illud magnum myſterium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Aquas video, quas videbam quotidie, iſtæ me habent mundare: in quas ſæpe deſcendi, & nunquam mundatus ſum. Hinc cognoſce, quod aqua non mundat ſine ſpiritu. Ideoque legiſti, quod tres teſtes in baptiſmate vnum ſint, aqua, ſanguis, & ſpiritus, quia ſi vnum horum detrahas: non ſtat baptiſmatis Sacramẽtum. Quid eſt enim aqua ſine cruce Chriſti? elementũ commune, ſine vllo Sacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua, regenerationis myſterium eſt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Credit autem etiam catechumenus in crucem Domini Ieſu, qua & ipſe ſignatur: Sed niſi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, remiſſionem non poteſt accipere peccatorum; nec ſpiritalis gratiæ munus haurire. Ergo ille Syrus ſepties merſit in lege. Tu autem baptizatus es, in nomine Trinitatis, cõfeſſus es Patrem, recordare quid feceris: confeſſus es Filium, confeſſus es Spiritum ſanctum. Tene ordinem rerum, in hac fide: mundo mortuus es, & Deo reſurrexiſti, & quaſi in illo mundi es cõſepultus elemento: peccato mortuus, ad vitam es reſuſcitatus æternam. Crede ergo, quia non ſunt vacuæ aquæ. Ideo tibi dictum eſt: quia Angelus Domini deſcendebat ſecundum tempus in natatoriam, & mouebatur aqua, & qui prior deſcẽdiſſet in natatoriam, poſt commotionem aquę, ſanus fiebat à languore quocun-

1. Cor. 2.

1. Ioan. 5.

Ioan. 3.

que

que tenebatur. Hæc piſcina in Hieroſolymis erat, in qua vnus annuus ſanabatur. Sed nemo antè ſanabatur, quàm deſcẽdiſſet Angelus: vt eſſet indiciũ, quia deſcenderat Angelus; mouebatur aqua propter incredulos. Illis Angelus deſcendebat, tibi Spiritus ſanctus: Illis creatura mouebatur: tibi Chriſtus operatur, ipſe Dominus creaturæ. Tunc curabatur vnus: nunc omnes ſanãtur: aut certè vnus ſolus, populus Chriſtianus.

## Admonitio ex Catechiſmo Romano.

ANimaduertite fratres, ac ſerio conſiderate, quid agatur in præſentia, nimirum Sacramentum baptiſmi, dignitate magnum, ordine primum, adminiſtraturi ſumus, ſine quo nemo ſalutem cõſequi poteſt: iuxta Redemptoris noſtri vocem, cùm Apoſtolis dixit, euntes docete omnes gentes; baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Per baptiſmum ex aqua, & Spiritu ſancto, regeneramur in nouam vitam. Eſt enim omnium Sacramentorum ianua, liberatque à malis, quæ verè maxima ſunt; eximijs auget bonis. Peccatum omne, tũ originale, tum actuale, quãtumuis graue & nefarium, huius Sacramenti virtute remittitur. Neq; peccati tantum reatus deletur, aqua baptiſmi, ſed & peccatis debitæ pœnæ condonantur à Deo. Anima diuina gratia repletur, qua iuſti, & filij Dei effecti, æternæ vitæ hæredes inſtituimur, & ſumus. Accedit virtutum omnium co-

*Matt. 28.* *Marc. 16.*

mitatus,

mitatus, quæ in animam baptizati, vnà cum gratia infunduntur. Chriſto per baptiſmum, tãquam membra capiti, copulamur; atque connectimur. Vnde velut ex fonte, diuina virtus, gratia, & bona omnia dimanant, & ad Chriſtianæ pietatis officia obeunda, habiles reddimur. Conſignamur diuino Charactere, tanquã oues Chriſti: qui cum deleri nõ poſſit; hoc præſtat: vt Sacramentum baptiſmi ſemel ſuſceptũ repeti, nec poſſit, nec debeat. Pręterea; quod extremum eſt, cæli aditum peccato interclusũm, aperit: vt in illam gloriã ingreſſi aliquando, vitam agamus miſeriarũ omnium expertem.

Cæremoniæ perficiendo baptiſmo, ex Apoſtolorũ, & ſanctorum Patrum inſtitutione, adhibentur multæ, & grauiſſimæ; vt hæc ipſa quæ diximus, non verbis tãtum ſignificentur, ſed & actione ipſa, veluti ſubijciantur oculis, quo tenacius memorię adhæreant. Qui baptizandi ſunt, ad Eccleſiæ fores conſiſtunt: quòd indigni ſunt, qui domum Dei ingrediantur, priuſquam turpiſſima diaboli ſeruitute repudiata, totos ſe Chriſti Imperio ſubijciant. Dant nomina; vt milites ſe eſſe Chriſti recordentur. Catechiſmo inſtituuntur, ex ipſa Domini Saluatoris inſtitutione, vt quid profiteantur, quibus per ætatem licet, intelligant. Nam pro pueris reſpondent Patrini. Sequitur exorciſmus: qui ad expellẽdum diabolum, religioſis verbis, ac precationibus perficitur. Sal in os immittitur; vt à peccatorum putredine liberentur, ſaporemque is qui baptizatur, diuinæ ſapientiæ percipiat. Saliua nares, & aures liniuntur, cæci

*Matt. 28.*
*Mar. 16.*

exemplo,

exemplo, quem Dominus iuſſit oculos, luto illitos, Siloes aqua (quæ baptiſmum ſignificat) abluere. Oleo vngitur, & chriſmate: vt athleta aduerſus nequitiæ ſpiritus, & Chriſtianum: hoc eſt Chriſti ſectatorem, ſe eſſe debere meminerit; eumq; moribus & vita imitetur, ex cuius nomine, appellationem accepit. Quid veſtis candida, quid candela accenſa ſignificent, explicare non attinet; res ipſa indicat, innocentiæ candorem exigi, & rectæ operationis lucẽ. Atq; hi quidẽ baptiſmi fructus, hæ cærimoniæ eô explicatæ ſunt, vt quanta deuotione baptiſmus ſuſcipiendus ſit, omnes intelligant, & profeſſionis quam ſuſceperunt memores, Dei beneficium agnoſcant, qui nos dignatus eſt, ad ſuam ſanctam fidem, fontemque baptiſmi nullis noſtris meritis, ſed ſola ſua benignitate, vocare, & adducere. Ipſi honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæc in vulgarem ſermonem tranſlata, ſic habent.

Conſiderad diligentemente (hermanos) que es lo que aqui hazemos. Celebramos el Sacramẽto del baptiſmo, que es en el orden de los Sacramentos, el primero; y en la dignidad, y excelencia, es grande, y que ſin el ninguna perſona puede alcançar ſalud: ſegun la ſentencia del Saluador, que dixo a ſus Apoſtoles; id, enſeñad todas las gentes, y baptizaldos en nombre del Padre, y del Hijo, y del Spiritu ſancto; el que creyere, y fuere baptizado, ſera ſaluo; el que no creyere, ſera condenado. Por el baptiſmo de agua, y de ſpiritu, ſomos reengendrados en nueua vida. El es la puerta de todos los

ſacramentos, y libra el alma de los males que ſon verdaderos, y grãdes males, y acreciẽta el caudal de los bienes. Porq̃ todo peccado, ora ſea original y primero, agora ſea actual, por graue, y enorme q̃ ſea, ſe perdona, por la virtud, y efficacia deſte Sacramento. Y la virtud deſta admirable agua, no ſolo quita la culpa del peccado, ſino tambien por ella ſe perdona toda la pena, que por el ſe deuia. El alma ſe llena de gracia diuina, por la qual, hechos juſtos y hijos de Dios, ſomos nombrados por herederos de la vida eterna. Llegaſe a eſtos bienes otro que es el ornamento de las virtudes, que entra acompañando a la gracia, con que el alma ſe viſte, y atauia, y ſe junta, e incorpora el baptizado con ſu cabeça, que es Chriſto nueſtro Señor; hecho miẽbro del cuerpo myſtico de la Igleſia, en la qual, el como cabeça preſide, y de alli manan como de viua, y perpetua fuente, la gracia, y todos los celeſtiales bienes: y ſale vna prõptitud, y habilidad grande, para cumplir todas las obras de la vida Chriſtiana. Y tãbien ſe nos imprime en el alma vna ſeñal, como ouejas del rebaño de Chriſto: la qual como no ſe pueda con ninguna fuerça humana borrar, haze eſte effecto, que el Sacramẽto del baptiſmo vna vez recebido, no ſe pueda, ni deua reiterar, y finalmente nos abre la puerta del cielo, que eſtaua cerrada por el peccado: paraque entrando en la gloria, guſtemos de la vida bienauenturada, agena de todas miſerias.

Hazenſe ceremonias muchas, y graues, en la adminiſtracion del baptiſmo, por inſtitucion de los ſagrados

Apoſto-

Apoſtoles, y ſanctos Padres: porque ſus grandezas, no ſolo ſe ſignifiquen con palabras: ſino con obras viuas, que mueuen los ojos: y de aqui ſe impriman mas en la memoria. Los que ſe han de baptizar ſe detienẽ primero a las puertas de la Igleſia: porque ſon indignos de entrar en la caſa de Dios, antes que auiendoſe deſpedido de la affrentoſa ſeruidumbre del demonio, ſe ayan ſugetado al Imperio de Chriſto. Dan ſus nombres: paraque ſe acuerden, que ſon ſoldados de la vãdera de Chriſto, y profeſſan ſu milicia. Son inſtituidos con el ſancto catechiſmo, ſegun la inſtituciõ de Chriſto nueſtro Señor: paraque entiendan los que tienẽ edad, que es lo que profeſſan, y a que ſe obligan: Y por los niños reſponden ſus Padrinos. Siguese el exorciſmo: el qual ſe haze con palabras Sanctas, y oraciones pias, y religioſas, para alançar el demonio del anima del baptizado. Poneſe le ſal en la boca: paraq̃ ſe libre de la corrupcion del peccado, y paraque reciba guſto, y ſabor de la ſabiduria diuina. Las orejas, y narizes le tocan con la ſaliua: a exemplo del ciego, que Chriſto nueſtro Señor ſano, poniendo lodo hecho con ſaliua en los ojos: al qual mando que ſe los lauaſſe cõ el agua de Siloe, que ſignificaua el baptiſmo. Vngenle con oleo ſancto, y con chriſma: como a luchador: y para que ſe acuerde que es Chriſtiano, y que deue ſer imitador de Chriſto, en las coſtumbres y vida, de el qual tiene el nõbre de Chriſtiano. Lo que ſignifican la veſtidura blanca, y candela encendida, que le dan, no ay paraque dezirlo: pues la

meſma

meſma ceremonia lo declara: que es aduertir al baptizado, que guarde la pureza, y blancura de la innocencia, y la claridad, y luz de las buenas, y ſanctas obras. Eſtos fructos, y effectos del baptiſmo, y eſtas ceremonias, auemos aqui declarado: para que todos entiendã con que piedad, y deuocion ſe ha de recebir eſte Sacramento: y paraque teniendo ſiempre en la memoria, la profeſſion que enel hizieron, conozcan el beneficio, y miſericordia de Dios, que nos ha admitido a ſu ſancta fe, y a la fuẽte del baptiſmo, ſin ningunos meritos nueſtros, ſino por la ſu infinita bondad y benignidad; al qual ſea dada honra, y gloria en los ſiglos de los ſiglos. Amen.

Tunc tradatur infans nutrici, & deferatur ad fontem: & exutus veſtibus detur Patrino: qui teneat eum ſuper fontem. Adultus baptizandus denudatur tantum vſque ad humeros. Et Sacerdos apprehenſa eius dextera, vocans eum proprio nomine dicit.

N. abrenuntias ſatanæ? Patr. reſp. Abrenuntio. & Sacer. Et omnibus operibus eius? Patr. Abrenũtio. Sac. Et omnibus pompis eius? Patr. Abrenuntio. Pont. ſedet cum mitra.

Prædicta verba, ſecundo, ac tertio repetantur. Statim Sacerdos intincto pollice in oleo Catechumenorum, vngit infantem in pectore in modum crucis, repetito eius nomine, dicens.



Digitized by Google

Pont. vt ſupra. De ſacra. vnct. c. vnico. §. quia vero.

N. Ego te linio oleo ſalutis, & in pectus tuū ✠ pono, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: vt habeas vitam æternā, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Similiter inter ſcapulas ponat oleum in modum crucis, dicens.

Pont. vt ſupra.

N. Signum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti inter ſcapulas ✠ tuas pono: vt habeas vitam ęternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Statim apprehenſa manu infantis dextera, vocās eum proprio nomine, dicit ſacerdos.

Vt ſupra

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem creatorem cęli, & terræ? Patr. Credo. Sac. Credis & in Ieſum Chriſtum filiū eius vnicum, Dn̄m noſtrū, natū, & paſſum? Pat. Credo. Sac. Credis in Spiritū ſanctū, ſanctā Eccleſiam catholicā, ſanctorum communionē, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitā ęternam? Patr. Credo.



Digitized by Google

Prædictę interrogationes iterum, ac tertio fiant modo ſupra ſcripto. Tunc Sacerdos baptizandum interroget, vocans eum proprio nomine.

N. Quid petis? Patr. Baptiſmum. Sac. Vis baptizari? Patr. Volo Sacerd. N. Vis baptizari? Patr. Volo. Vt ſupra

Tũc ſacerdos Patrino infantẽ tenente, ſumat aquã de fonte, & effundat ſuper infantis caput ſimul dicens.

N. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Vel ipſe Sacerdos infantem manibus tenens, ſemel aut ter immergat in fontem ſimul dicens.

Ego te baptizo. &c.

Vtrunque hoc ſeruans; vt & caput aqua tangat; & ne antè, néue poſt, ſed in ipſa ſimul infuſione, vel merſione verba pronuncientur.

Poſtea Sacerdos pollice faciat ſignum crucis cum chriſmate, in vertice eius, non in fronte dicens.

Oremus.

Deus omnipotens, Pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua, Pont. vt ſupra.

De ſacra. vnct. cap. vnico. §. quia vero.

& Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſsionem omnium peccatorum, ipſe te li ✠ niat, chriſmate ſalutis, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Reſpon. Amen.

Statim operiat caput infantis alba veſte: & repetito eius nomine, dicit.

Vt ſupra

N. Accipe veſtem ſanctam, cãdidam, quam immaculatam perferas, ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde ponat cereũ in dextera manu infantis, dicens.

Vt ſupra

N. Accipe lampadem ardentem: ſerua eam inextinctam, vt cum venerit Dominus ad nuptias, poſsis ei occurrere obuiam, cum omnibus ſanctis, in aula cęleſti: vt habeas vitam ęternam, & viuas in ſęcula ſęculorum. Amen.

Pōt. ſtat cum mitra, & baculo.

Poſtremo benedicit infantem.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipoten-

tis,

tis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat, & maneat ſuper te, & Angelus Domini cuſtodiat te in vitam æternam. Amen.

Poſtea Sacerdos, ſuper fontē loca inuncta infantis abſtergit, & lauat ſibi manus. Et poſtquam infans fuerit indutus, legatur Euangelium.

Ver. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. — *Pōt. ſtat cum baculo ſine mitra*

Ver. Initium Sancti Euangelij, ſecundum Ioānem. ℟. Gloria tibi Domine. — *Cap. 1.*

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non cōprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioānes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium

perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & ſui eum non receperunt, quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri. His qui credũt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt. Et verbũ caro factũ eſt: & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

Hic flectit genua.

Quo lecto, aſpergit infantem & circunſtantes aqua benedicta. Poſtea Sacerdos Patrinos ita alloquitur lingua vulgari.

Pôt. ſtat cum mitra, & baculo.

Muneris

Muneris veſtri eſt, habere hunc ſpiritualem filium, perpetuo commendatum: & in ijs quæ ad Christianæ vitæ inſtitutionem ſpectant, diligenter curare, vt talem ſe præbeat, qualem eum futurũ hac ſolemni actione ſpopondiſtis. Docete etiam eum, vt caſtitatem cuſtodiat, iuſtitiam diligat, charitatem teneat; & ante omnia Symbolum, & orationem Dominicam, decalogũ, & cætera rudiméta fidei, ſciat. Cognatione etiam ſpirituali cum baptizato hoc, & eius patre, & matre, deuincti eſtis: ita vt legitima nuptiarũ fœdera, inire poſthac non poſſitis.

*Ex Cære. Pont. ſedet cum mitra, & baculo.*

*Côcil. Trident. ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 2.*

Quæ in vulgarem Caſtellę ſermonem conuerſa, ita habent.

Señores: a vueſtro officio pertenece, tener toda la vida por encomendado, a eſte vueſtro hijo ſpiritual: y procurar con diligencia, en lo que toca a la inſtructiõ de la vida ſpiritual; que ſe aya ſiempre de tal manera, como voſotros lo teneys prometido por el en eſte ſolemne acto. Enſeñalde tambien, que guarde caſtidad, ame juſticia, tenga caridad. Y ante todas coſas que ſepa el Pater noſter, y el Credo de los Apoſtoles, y lo demas de la Doctrina Chriſtiana. Tambien os aduierto, que con eſte baptizado, y con ſu padre, y madre, aueys contrahido parenteſco ſpiritual; y no podra auer entre voſotros, legitimo matrimonio.

Habeat Parochus librũ in quo diem, locumq; baptiſmi celebrati, ac nomen baptizati, & parentum eius, & Patrinorũ, ſigillatim ſcribat: quem diligẽter cuſtodiat.



Digitized by Google

Cum plures ſimul baptizantur, catechiſmus, & exorciſmus, communes ſunt, mutato ſingulari numero in pluralem: Abrenuntiationes vero; & quæ ſequuntur, fiunt ſeorſum ſuper ſingulos; præter Euangelium. In principio. &c. quod eſt etiam commune.

## De ritibus, & cærimonijs, ad baptiſmum fœminæ adhibendis.

COnſtituta infante ante fores Eccleſiæ, Sacerdos indutus ſuperpelliceo, ſtola, & pluuiali albi coloris; vel ſaltem ſuperpelliceo, & ſtola; præparatis cruce, candela accenſa, oleo Catechumenorum, & chriſmate, & infante poſita ſuper brachium ſiniſtrum Patrini; faciat officium ſequens.

Si Pontifex hoc Sacramentum ſit adminiſtraturus, paratur amictu, alba, cingulo, cruce pectorali, ſtola quæ a collo pendeat, pluuiali albi coloris, mitra, & baculo, & ſedes paretur ei, ad ſedendum, quando oportebit: & capellani ſeruiant de libro, candela, & baculo. Igitur Sacerdos interroget Patrinos.

Pont. ſedet cum mitra.

Quid fertis ad Eccleſiam, virum aut mulierem? Reſpondeant Patrini. Mulierem. Statim quærat. Quo nomine vocari vis? Patrini. Maria. vel. Catharina. Sacerd. Quid petis ab Eccleſia? Patri. Fidem. Sacerd. Fides quid tibi

præſta-

præſtabit? Patrin. Vitam æternam.

Tũc Sacerdos vocãs proprio nomine baptizãdã, dicat.

N. hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcas vnum, & verum Deum, & quẽ miſit Ieſum Chriſtum, filium eius: qui cum eodem Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. Rurſus Sacerdos interroget. Quo nomine vocaris? & Patrin. N.

Tunc Sacerdos exufflet ter in faciem infantis, in modum crucis, & dicat.

Exi ab ea immunde ſpiritus, & da locũ aduenięti Spiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. in nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Pōt. ſurgit cum mitra, & baculo.

*De conſ. d. 4. can. ſicut noſtis.*

Poſtea pollice, ſignet eam ſigno crucis in fronte, & in pectore; repetito nomine infantis, dicens:

N. accipe ſignum crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam in fron ✠ te, quã in cor ✠ de, ſume fidem cæleſtium præceptorum, talem te exhibe mori-

Pont. ſedet cum mitra.

*De conſ. d. 4. can. poſtea.*



Digitized by Google

bus, vt templum Dei effici merearis. Per Christum. &c. Reſpon. Amen.

Deinde imponens manum ſuper caput infantis, dicit,

Verſ. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Pōt. ſtat ſine mitra.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere digna re ſuper hāc famulā tuā N. quā ad rudimēta fidei, vocare dignatus es, omnem cœcitatē cordis ab ea expelle, dirūpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat colligata. Per Chriſtū. &c. ℟. Amen.

Deinde apprehenſa dextera manu infantis, introducat eam in Eccleſiam, dicens. Oratio.

Pōt. ſtat cum mitra.

Aperi ei Dn̄e ianuā pietatis tuę, vt ſigno ſapiētię tuę imbuta, omniū cupiditatū fœtoribus careat, & ad ſuauē odorē præceptorū tuorum, læta tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diē, vt idonea efficiatur accedere ad

gratiam

gratiam baptiſmi tui, perceptam medicina. Per Chriſtũ. &c. ℟. Amẽ. Oremus.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi: & hanc electam tuam N. crucis Dominicę (cuius impreſsione eam ſigna ✠ mus) virtute cuſtodi: vt magnitudinis glorię tuę, rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriã peruenire mereatur. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen.

Põt. ſtãt ſine mitra.

Oremus.

Deus qui humani generis ita es conditor, vt ſis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtamento, nouæ prolis ſobolem adſcribe, vt filij promiſsionis, quod non potuerunt aſſequi per naturã, gaudeãt ſe recepiſſe per gratiã. Per Chriſtũ. &c. ℟. Amẽ.

Pont. vt ſupra.

*Hic faciat exorciſmũ ſalis, quod portari debet in vaſe.*

Ver. Adiutorium noſtrum in nomine



Digitized by Google

Domini. ℟. Qui fecit cælum, & terrã.
Ver. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
Exorcizo te creatura ſalis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te per Deũ ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum: per Deum, qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem, per ſeruos ſuos conſecrari præcepit, vt in nomine ſanctæ Trinitatis, efficiaris ſalutare ſacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis, ſanctificando ſancti ✠ fices: benedicẽdo bene ✠ dicas, vt fiat omnibus ſumentibus perfecta medicina, permanens in viſceribus

eorum, in nomine eiuſdẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculum per ignem. Reſpon. Amen.

Sal, & circunſtantes aſperguntur aqua benedicta. Hic apponat parum ſalis benedicti, in os infantis, repetito eius nomine, dicens.

N. Accipe ſal ſapientię, ne à vermibus peccatorum vltrà putrefias, ſed illæſa ſerueris, ad maiorem gratiã percipiendam. Amen. Verſ. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. *Pont. ſedet cum mitra.* *De conſ. d. 4. can. ex hinc. can. poſtea. & can. ſal.*

Deus Patrum noſtrorũ, Deus vniuerſæ conditor creaturæ, & veritatis auctor, te ſupplices exoramus, vt hanc famulã tuam N. reſpicere digneris propitius: & hoc primũ pabulum ſalis guſtantem: nõ diutius eſurire permittas, quominus cibo expleatur cęleſti, quatenus ſit ſemper Domini ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini

ſeruiens, & perduc eam ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis, promiſsionũ tuarum æterna præmia conſequatur. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra AEgypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die, ac nocte: te quæſumus Domine, vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum, vt ſimiliter cuſtodiat, & hanc famulã tuam N. & perducat eam ad gratiã baptiſmi tui. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen. Coniuratio.

Põt. ſtat cum mitra, & baculo.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo, & vero, & da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto Paracli-

to,&recede ab hac famula Dei N. quia iſtam ſibi Deus,& Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctã gratiam, & bene ✠ dictionẽ, fontemq; baptiſmatis,dono ſuo vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctę ✠ crucis quod nos fronti eius damus,tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculũ per ignem. ℟. Amen.

Deinde imponens manum ſuper caput infantis, ſignans cruce eius frontem, dicat. Oremus.

Deus cęli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorũ, Deus Prophetarũ, Deus Martyrũ, Deus Confeſſorum, Deus Virginum: Deus omnium beneuiuentiũ, Deus cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtriũ, & infernorum, te inuoco Domine ſuper hanc famulam

Pót. ſtat cum mitra.

mulam tuam N. vt perducere eam digneris ad gratiã baptiſmi tui. Repetitur. Ergo maledicte diabole. &c. Oremꝰ.

Deus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicũ, pax rogantium, vita credentium, reſurrectio mortuorum, te inuoco Domine ſuper hãc famulam tuã N. quę baptiſmi tui donum petens, æternã gratiam conſequi, ſpiritali regeneratione deſiderat. Ergo maledicte diabole. &c.

Sacerdos accepta dextera infãtis, offerat eã Deo, dicẽs.

Pór. ſtat cum mitra.

Accipe eam Domine, & quia dignatus es, dicere: petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: petenti itaque pręmium porrige, & ianuam pande, pulſãti aperi, vt ęternã cęleſtis lauacri bene ✠ dictionem conſequuta, promiſſa tui muneris regna percipiat. Ergo maledicte

diabole. &c. Alia coniuratio.

*Pót. ſtat cum mitra, & baculo.*

Audi maledicte ſatana, adiuratus per nomen ęterni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius, cum tua victus inuidia, tremens, gemenſque diſcede: nihil tibi ſit cõmune cum ancilla Dei N. iam cæleſtia cogitante, renuntiatura tibi, ac ſęculo tuo, & beatę immortalitati victura. Da igitur honorem aduenienti Spiritui ſancto Paraclito, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis diuino fonte,

Hîc cruce, cum pollice ſignet pectus infantis.

purgatum pe ✠ ctus, id eſt ſancti ✠ ficatum Deo templum, & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxis præteritorum criminum liberata, hæc ancilla Dei, gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomẽ eius in ſæcula ſęculorum. ℟. Amẽ. Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Iſrael de AEgyptiaca ſeruitute liberaſti: & per Moyſen famulum tuum de cuſtodia mandatorũ tuorũ, in deſerto monuiſti, & Suſannã de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor Dñe: vt liberes hãc famulam tuam N. & perducere eam digneris, ad gratiam baptiſmi tui. Repetitur. Ergo maledicte diabole. &c.

Exorcizo te immunde ſpiritus per Patrẽ, & Filium, & Spiritũ ſanctũ, vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui cęco nato oculos aperuit, & quatriduanũ Lazarũ de monumento ſuſcitauit. Repetit. Ergo maledicte. &c. Ver. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Et ſignans primo librum, deinde ſibi, & infanti frontem, os, & pectus, dicit.

Sequen-

Sequentia Sancti Euangelij ſecundũ Matthæum. ℟. Gloria tibi Domine. Cap. 28.
In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſęculi. ℟. Laus tibi Chriſte.

*Dicatur per Sacerdotem, & Patrinos Symbolum Apoſtolorum, intelligibili voce.*

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcen-



Digitized by Google

dit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cælos, Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum: ſanctam Eccleſiam catholicam: Sanctorum cõmunionem: remiſsionem peccatorũ: Carnis reſurrectionem, vitam æternam. Amen. Oratio Dominica.

Pater noſter qui es in cælis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ver. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Ver. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperantem in te. Ver. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟.

Et filius iniquitatis nō nocebit ei. Ver. Dn̄e exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

AEternā, ac iuſtiſsimam pietatē tuam deprecor Dn̄e ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, luminis, & veritatis auctor, ſuper hāc famulā tuā, vt digneris eam illuminare lumine intelligētiæ tuæ, mūda eam, & ſanctifica eam, & da ei ſcientiam veram, vt digna efficiatur accedere ad gratiā baptiſmi tui: teneat firmā ſpem. Amē. Conſilium rectum. Amen. Doctrinā ſanctam. Amen. Vt apta ſit ad percipiendā gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum. &c. ℟. Amen.

Alia adiuratio, manu poſita ſuper caput infantis.

Nec te lateat ſatana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſem- Pōt. ſtat cum mitra, & baculo.

 piterni

piterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi, atque vniuerſis Angelis tuis, æternus veniet interitus, proinde damnate, atque damnande, da honorem Deo viuo, & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto: in cuius nomine, atque virtute pręcipio tibi, (quicunque es) ſpiritus immũde, vt exeas, & recedas ab hac famula Dei, N. quam hodie Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuã ſanctam gratiam, & bene ✠ dictionẽ, fontemque baptiſmatis, dono ſuo vocare dignatus eſt: vt fiat eius templum, per aquam regenerationis, in remiſsionem omnium peccatorum: in nomine eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amẽ.

*Poſt hæc Sacerdos mittat parũ ſaliuæ in palmã manus*

ſiniſtræ, & aſſumat de ea duobus digitis, pollice, & indice, tangens primo aurem infantis dexteram, dicens.

Ephetah, quod eſt adaperire. Patrini ℟. Ephetah. Secundo tangens nares, dicit, In odorẽ ſuauitatis ℟. Ephetah.

Pont. ſedet cum mitra.

Poſtremo tangens aurem ſiniſtram, dicit.

Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudiciũ Dei. ℟. Ephetah.

Iterum, & tertio, hoc totum repetatur, modo ſupra ſcripto: & continuo Sacerdos dicit.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij, ✠ & Spiri ✠ tus ſancti, deſcendat, & maneat ſuper te, & Angelus Domini cuſtodiat te, vſque dum venias ad ſanctum baptiſmum. Amẽ.

Põt. ſtat cum mitra, & baculo.

His expletis, antequã procedant ad fontem, Sacerdos faciat pro temporis opportunitate admonitionẽ, vt ſuperius habetur Fol. 26. & deinceps omnia agũtur & dicũtur quẽadmodũ ordinata ſunt, in baptiſmo maſculi.

## Ordo baptizãdi adultum, ſiue adultã.

Poſtquã adultus Catechumenus, inſtructus fuerit in rebus fidei, & religionis Chriſtianæ, venit ad Eccleſiã: & ante oſtiũ Eccleſiæ, flectit genua, corã Sacer-

dote, qui illum interroget his verbis vel alijs ſimilibus. **Frater, aut, Soror. Nũ baptizatus es? Reſp. Non. Sacerdos dicit. Deſideras baptizari? Reſpon. Deſidero. Sacerd. Quo nomine vis vocari? Reſp. Petrus. aut Maria. Sace. N. Quid poſtulas ab Eccleſia? Reſpon. Fidem Ieſu Chriſti. Sac. Fides Ieſu Chriſti, quid tibi præſtabit? ℟. Vitam æternam. Tũc Sacer.** Frater N. plurimas gratias agere debes Dño nr̃o, & Redẽptori Ieſu Chr̃o, quòd cũ eſſes in tenebris infidelitatis, ſegregat⁹ ab itinere recto, quod ducit ad vitã: ob ſuã infinitã miſericordiã, dignatus eſt te vocare ad fidẽ ſanctã Catholicã, ſine qua nullus poteſt ſaluus fieri. Proinde opus eſt, vt penitus ex corde tuo depellas iſtã maledictã & deteſtabilẽ ſectã, in qua hactenus vixiſti; & ſpõte tua, & cũ omni deuotione, recipias ſanctã fidẽ Catholicam, & Sacramentũ baptiſmi: proponẽs fideliter, ſemper, & viuere, & mori in eadẽ fide. ℟. Sic profecto gratias ago Dño noſtro, ob hoc ſingulare beneficiũ: & ex animo propono ſic facere, & ita me gerere, ipſo Dño fauente, & auxiliũ prẹſtãte. Sacer. Pẹnitet te, & dolorem habes omniũ peccatorũ, quibus Dñm Deum, creatorẽ tuũ offendiſti, ab eo tempore quo cæpiſti vti ratione, & diſcernere bonũ, & malũ? ℟. Pẹnitet me. Sacer. Ad hẹc



Digitized by Google

opus eſt(frater) vt poſtules ab Eccleſia, & à me tanquã eius miniſtro, hoc Sacramẽtũ baptiſmi, quod eſt ianua cęterorũ Sacramẽtorũ: nullo cõpulſus timore, vi, odio, vel amore; ſed dũtaxat ex vocatione Spiritus ſancti, pro gloria Dei, & ſalute animæ propriæ: deſiderans ex toto corde viuere ſub obediẽtia Dei, & ſanctę Eccleſię. ℟. Reuerende Pater, miniſter Chriſti Ieſu: ego quidem nihil aliud cupio, niſi gloriã Dei, & ſalutẽ animæ meæ. Quare te obteſtor, & peto, vt mihi adminiſtres ſacrum baptiſma; doceaſq́;, quo modo conſequi poſsim vitã æternam. Sacerdos reſpondeat. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcas. &c. vt ſupra. fol. 12. & deinceps in omnibus ſeruetur ordo præſcriptus infantibus baptizãdis: niſi quod ipſe adultus reſpondere debet, ad interrogata Sacerdotis, vt dictum eſt, & non eius Patrinus.

## Hęc in ſermonẽ vulgarẽ verſa ſic habẽt

HErmano o hermana ſoys baptizado? ℟. No. Sac. Deſſeays ſer baptizado? ℟. Si deſſeo. Sac. Como os q̃reys llamar? ℟. Pedro, o Maria. Sac. N. q̃ pedis a la Igleſia? ℟. La fe de Ieſu Chriſto. Sac. La fe de Ieſu Chriſto q̃ os preſtara? ℟. La vida perdurable. Sac. Hermano N. muchas gracias deueys dar a nueſtro Señor, y Redẽptor Ieſu Chriſto; q̃ como quiera q̃ vos eſtuuieſſedes en las tinieblas de la infidelidad; deſuiado del camino real del Parayſo, por ſu infinita miſericordia, fue ſeruido de os llamar a la ſancta fe Catholica, ſin la qual ningũo ſe puede ſaluar. Por tãto es neceſſario, q̃ del todo aparteys



Digitized by Google

de vueſtro coraçõ,eſſa maldita y deteſtable ſecta, en la qual haſta agora aueys biuido: y cõ grã deuocion recibays la ſãcta fe Catholica,y el Sacramẽto del baptiſmo: proponiẽdo firmemẽte biuir,y morir en la miſma fe.. ℟. Por cierto yo doy muchas grãs a nr̃o Señor Dios; por eſta ſingular merced,y de entero coraçõ ꝓpõgo hazerlo anſi,dando me el para ello ſu fauor,y ayuda. Sac. Peſa os,y teneys dolor de los peccados en q̃ aueys offendido a Dios nr̃o Señor y Criador,deſde la hora q̃ tuuiſtes vſo de razõ,y ſupiſtes conocer lo bueno y lo malo? ℟. Si me peſa. Sac. Allẽde deſto es neceſſario hermano,q̃ pidays a la Igleſia,y a mi como a miniſtro ſuyo,q̃ os de el ſacramẽto del baptiſmo,q̃ es puerta de los demas ſacramẽtos:no mouido por temor o fuerça,odio,ni amor,ſino por llamamiento del Spiritu ſancto: para gloria de Dios,y ſalud de vr̃a alma,deſſeãdo de todo coraçõ,y teniendo propoſito de biuir debaxo de la obediencia de Dios, y de la ſancta Igleſia. ℟. Reuerẽdo Padre y miniſtro de Ieſu Chriſto,no es otro mi deſſeo, ſino la honra de Dios,y de ſaluar mi anima.Por tãto os pido,y requiero q̃ me adminiſtreys el Sacramẽto del baptiſmo: y me enſeñeys como pueda cõſeguir la vida ęterna. ℟. Hæc eſt autem vita æterna,vt cognoſcas. &c. vt ſup.fol. 12.

## De Sacramento confirmationis.

COllatio Sacramenti cõfirmationis ſpectat ad Epiſcopum: idcirco ordo, ſeu ratio illud conferendi, peti debet ex Pontificali Romano.



Digitized by Google

# DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti pœnitentiæ.*

1 *MIniſter huius ſacramẽti pœnitẽtiæ, eſt ſacerdos, ordinariã, aut delegatã iuriſdictionẽ habẽs: quãquã ſi graue periculũ mortis immineat, quilibet ſacerdos poteſt à quibuſcũq; cẽſuris, et peccatis abſoluere: quia in articulo mortis nulla cẽſura, aut peccatũ eſt reſeruatũ.*[a] *Extra quẽ articulũ, ſacerdotes, cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores legitimos iudices, pro beneficio abſolutionis accedant.*

[a] Cõc. Trident. ſeſ. 14. c. 7.

2 *Qui excommunicatus eſt, non debet abſolui à peccatis, priuſquã ſit abſolutus ab excommunicatione. Et à minori*[b] *quidẽ excõmunicatione, abſoluere poteſt, qui poteſt abſoluere à peccatis: ligatũ vero maiori excõmunicatione, à qua ſacerdos abſoluẽdi non habet facultatem, vel remittat ad ſuperiorem, vel ipſe ab eo impetret abſoluendi facultatem.*

[b] De ſent. excom. c. nuper.

3 *Si*[c] *quis abſoluitur ab excõmunicatione, ob mortis imminentis articulũ, aut ob aliud impedimentum legitimũ, ab eo qui aliàs abſoluere eum nõ poterat: moneat ſacerdos abſolutũ, vt ceſſante poſtea periculo, vel impedimento huiuſmodi, ei à quo iure poterat abſolui, quamcitò commodè poterit ſe præſentet: alioqui abſolutus recidit in eandẽ ſententiam.*

[c] De ſent. exc. in 6. c. eos.

4 *Quum Parochus alteri ſacerdoti cõmittit vices ſuas, quod attinet ad ſolutionẽ peccatorum, cenſetur dumtaxat commiſiſſe, quod ipſe poteſt ex ordinaria poteſtate: non autem quod poteſt ex delegatione ſuperioris.*



Digitized by Google

5 *Si quis fuerit per iudicem excommunicatus, et denuntiatus: remittẽdus eſt ad eũ, vt abſoluatur in foro exteriori: quãuis in foro conſcientiæ poſſit abſolui per aliquẽ habentem facultates, quæ concedi ſolent: cum ſatisfactione vel conſenſu partis. Quod ſi pars contradicat, qui paratus eſt facere, quod in ipſo eſt, abſolui poteſt in hoc foro cõſcientiæ. Hæc iure communi intelligenda ſunt. Si quid autem ſecus, cõſtitutionibus* [a] *alicuius diœceſis ſtatutum eſt, id obſeruetur.*

[a] Vt cõſt. 20. Synodali illuſtriſs. Cardinalis D. Gaſp. de Quiroga.

6 *Caueat ſacerdos ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat peccatorẽ: quin omnia peccata quæ in confeſſione audiuit, perpetuo, et religioſo ſilentio cõprehenſa tenebit.* [b]

[b] De pœnit & remiſs. c. omnis vtriuſque ſex.

## Forma admonitionis pœnitenti faciẽdæ in ipſa confeſſione, pro tẽporis opportunitate, qua explicantur effectus Sacramẽti pœnitẽtiæ:

Ex lib. de vera & falſa pœnit. qui tribuitur D. Auguſtino c. primo x. & xj.

QVantum ſit appetẽda gratia pœnitentiæ; omnis auctoritas declarat, omnis bonorũ vita conatur oſtẽdere: lãguores enim ſanat; leproſos curat; mortuos ſuſcitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat, omnia ſatiat, omnia redintegrat, omnia lætificat, ſanitatẽ auget, quam conſeruat. Claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, temperat ſucceſſus, conſtringit impetus, moderatur exceſſus. Ignorans ſe, per hanc ſe recognoſcit: quærens ſe, per hanc ſe

inue-

inuenit. Hæc eſt quæ homines ad Angelos ducit, & creaturam reddit creatori. Iſta ouem perditam monſtrauit quærenti, & decimam drachmam obtulit anxianti. Hæc diſſipatorem filium ad patrem reduxit: & vulneratum à latronibus, custodi curandum reſeruauit. In hac omne bonum inuenitur; per hanc omne bonũ conſeruatur: fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia, ipſa ignis conſumens. Et inferius. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtẽdat, repræſentet vitam ſuam Deo per ſacerdotem: præueniat iudicium Dei per confeſſionem. Pręcepit enim Dominus mundatis, vt oſtenderent ora Sacerdotibus: docens, corporali præſentia confitenda peccata, non per nuntium, non per ſcriptũ manifeſtanda. Ipſi enim Sacerdotes plus iam poſſunt proficere, plus confitentibus parcere: quibus enim remittũt: remittit Dominus. Lazarum quem de monumento iam ſuſcitatum, obtulit Dominus diſcipulis ſoluendum; per hoc oſtendens poteſtatem ſoluendi conceſſam Sacerdotibus. Dixit enim: Quodcunque ſolueritis ſuper terram, ſoluetur & in cælis, hoc eſt. Ego Deus, & omnes ordines cæleſtis militiæ, & omnes ſancti in mea gloria laudant vobiſcum, & confirmant, quos ligatis & ſoluitis. Non dixit quos putatis ligare, & ſoluere, ſed in quos exercetis opus iuſtitiæ, aut miſericordiæ. Alia autem opera veſtra in peccatores non cognoſco, quare qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam: quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere: ne cum negligens circa ſe

extite-

*Luc. 15.*

*Luc. 10.*

*De pœnit. diſ. 1. can. quem pœnitet.*

*Ioan. 11.*

*Matt. 18.*

extiterit: negligatur ab illo qui eũ miſericorditer monet,& petit,ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit.

## Admonitio ex Catecheſi.

QVantum ſit pœnitentiæ Sacramentum, quantũ diuinæ benignitati, pro hoc beneficio debeatur, (frater aut ſoror) illi ſolum intelligũt, quibus turpitudo peccati perſpecta eſt:& quã graue ſit Dñm Deũ ſuũ dereliquiſſe, attẽta mẽte conſiderãt. Sanè, nõ fecit taliter omni nationi, cũ Eccleſiæ Sacerdotibus, remittẽdi peccata,fecit poteſtatẽ. Itaq; proderit tibi,in ea re,mentis oculos defigere,& ex diuinæ ſcripturæ cognitione repetere,pauciora ſæpe,& minora peccata quã quibus obſtrictus venis,ſeueriſſimis pœnis,eſſe vindicata. Atq; illud cogita,te per peccatũ mortale,ex filio Dei,diaboli mancipiũ euaſiſſe, & qui per gratiam baptiſmi indutus eras croceis: nunc amplexatũ eſſe voluptatũ ſtercora. Dole ſcilicet:qui delicatis cibis nutritus eras;domo paterna profugũ,cibo porcorũ veſci. Hæc,& ſimilia, quæ multa facile occurrent,ſi ex animo perpendas:dolor ille conſequetur,qui eſt aditus ad ſalutẽ,primaq; è tribus pœnitentiæ pars:qui quo maior fuerit, eo ex hoc Sacramento maiorẽ vtilitatem percipies. Vere enim de pœnitentia illud dici poteſt, eius radices amaras, fructus ſuauiſſimos eſſe. Par equidem erat, ſtolam candidam quam in baptiſmo ſuſcepiſti,impollutã conſeruaſſe: id quoniam integrum non eſt; quaſi facto naufragio pœ-



Digitized by Google

nitentiæ tabulam arripe: certus nullũ eſſe tã graue peccatũ, quod non eius virtute, ſemel, iterũ, & ſæpe deleatur. Quo circa cũ magna cõſequẽdæ veniæ ſpe, debes accedere: fidelis eſt enim qui dixit, ſi impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis, vita viuet, & nõ morietur: omniũ iniquitatũ eius, quas operatus eſt, non recordabor amplius. Verum vt maiori alacritate, pœnitẽtiæ laborẽ ſuſcipias: huius Sacramẽti effectus cõſidera. Per pœnitentiã, peccatorum reatus delentur, pœna æterna, quæ mortali crimini debetur, remittitur: pœna temporalis; pro doloris, & cõtritionis menſura; gratia, & virtutes infunduntur: paradyſi aditus reſeratur: conſciẽtiæ trãquillitas accedit, cum ſumma ſpiritus iucunditate: cautiores euadimus ad vitãda deinceps peccata: fortiores ad ſuſtinendos ſuperãdoſq; dæmonis impetus: huius vitæ labores facile tolerantur, quos vere pœnitens, vltro etiam prouocabit, & ſumet: vt diuinæ maieſtati ſatisfaciat. Nouamq; inchoabit vitam, qui eſt præcipuus pœnitentiæ fructus. Et quod te hortor ex animo facere, ne (ſi quæ deſtruxiſti iterũ ædifices) diuinæ legis præuaricator euadas; tantiq; immemor beneficij, qui toties inuitatus es, & à morte ad vitã reuocatus gratia, & benignitate Ieſu Chriſti, qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, in ſæcula ſæculorũ. Amen.

## Eadem admonitio, vulgari ſermone.

QVan grande bien ſea el Sacramento de la penitencia, y quantas gracias deuamos dar a la di-

uina benignidad, por eſte admirable beneficio: aq̄llos (hermano) lo entiendē q̄ entiendē la fealdad, y torpeza q̄ tiene el peccado, y q̄ conſiderā atentamente, quan graue coſa ſea auer offendido a ſu Señor, y a ſu Dios. Eſta liberalidad con ninguna nacion jamas el la vſo; q̄ es dar poder a los Sacerdotes de ſu Igleſia, para perdonar peccados. Ser os ha de gran fructo, y vtilidad, para eſta conſideracion, reboluer en vueſtra memoria algunos peccados, q̄ cuenta la diuina ſcriptura, menores q̄ no los q̄ vos aueys cometido; y como con ſeueriſſimas penas, fuerō caſtigados. Y tambien penſad, como por el peccado, de hijo de Dios, os hezistes eſclauo del demonio: y como eſtādo por la gracia baptiſmal veſtido de purpura, agora aueys elegido, y abraçado el eſtiercol de vueſtros deleytes, Doleos grauemēte, pues eſtādo criado con mājares regalados, alexado de la caſa de vueſtro Padre, os abatiſtes a comer manjar de puercos. Eſtas conſideraciones, y otras ſemejātes, que ſi las quereys buſcar facilmente ſe os offreceran, os haran tener aquel dolor que es puerta para la ſalud, y la primera parte de las tres de la penitencia; y quanto mayor fuere, tāto mayor fructo, y vtilidad recibireys del Sacramento de la penitencia: de la qual verdaderamēte ſe dize, que ſus rayzes ſon amargas, y el fructo dulciſſimo. Bien fuera, que la eſtola blança que recebiſtes en el baptiſmo, la conſeruarades limpia, y ſin mancilla: mas pues eſto no lo heziſtes, como quien ha padecido tormenta, y dado al traues, acogeos a la tabla de la penitencia: eſtādo cier-

to que

to q̃ no ay peccado tan graue, y enorme, que cõ ſu virtud no ſe perdone, vna vez, y dos, y muchas. Por lo qual aueys de llegar a los pies del Sacerdote, cõ gran eſperãça, de alcançar perdõ. Fiel, y verdadero es el q̃ dixo, ſi el malo hiziere penitencia de todos ſus peccados, biuira, y no morira, y de todas las maldades q̃ ha cometido no terne mas memoria. Y para que con mas alegria, y cõtento, recibays el trabajo que trae cõſigo la penitencia: cõſiderad los admirables, y dulces effectos deſte Sacramẽto. Por la penitẽcia ſe os quita el reato de las culpas: la pena eterna q̃ ſe deue por caſtigo del peccado mortal, ſe perdona: la pena tẽporal, a la medida de la contricion, y dolor; la gracia y virtudes ſe infundẽ en el alma; abreſe la puerta del parayſo: adquiere ſe paz, y tranquilidad en la conſciencia, con vna grande alegria de ſpiritu; ſalimos mas auiſados, y cautos para euitar de alli adelãte la offenſa de nueſtro Señor: y mas fuertes para ſuffrir los impetus, y acometimientos del demonio, facilmente lleuamos los trabajos deſta vida: los quales el q̃ es verdadero penitẽte, de ſu propria volũtad buſca, y recibe para cõ ellos ſatisfazer a la diuina mageſtad. Y anſi comẽçara a biuir vna vida nueua; q̃ es el principal fructo de la penitẽcia: lo qual os pido, hermano mio, q̃ hagays muy de veras, para q̃ no torneys a edificar, lo q̃ derribaſtes, como trãſgreſſor de la ley q̃ profeſſays, y como hõbre oluidado de tã ſaludable, y admirable beneficio, auiẽdo ſido tantas vezes combidado cõ el, y buelto de muerte a vida por la gracia, y benignidad de nueſtro

Señor Ieſu Chriſto: el qual con el Padre, y con el Spiritu ſancto biue, y reyna en los ſiglos de los ſiglos. Amē.

## De ritibus, & cęrimonijs ad confeſsionem adhibendis.

POEnitens, Sacramentū pœnitētiæ accepturus, humili, ac demiſſo animo, ſe ad pedes Sacerdotis, flexis genibus, deijciat, demiſſo vultu, & verſa facie ad latus confeſſoris, maxime ſi ſit mulier; quę velato capite; vir autem detecto, cōfiteatur. Sacerdos ſedet, vt iudex, gerēs Dñi perſonā, ac poteſtatē; audiat confeſſiones in Eccleſia, vel alio loco honeſto, indutus ſuperpelliceo, & ſtola, cum commode fieri poterit. Cum Sacerdos, facta interrogatione intellexerit, pœnitentem ſibi ſubditum eſſe in foro Sacramentali, iure, aut priuilegio, & diſcuſsiſſe & examinaſſe ſuam conſcientiam: tunc ipſe pœnitens faciat ſignū crucis, cum pollice manus dexteræ, in fronte, ore, & pectore: dicēs. Per ſignū ✠ Crucis, de inimicis ✠ noſtris, libera nos, Deus noſter ✠. Et producens iterū ſignū Crucis, manu dextera, à fronte ad pectus, & à ſiniſtro humero ad dexterum dicat. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Confeſſarius muniat ſe ſigno Crucis, & ſtatim pœnitens dicat.

Cōfiteor Deo omnipotēti, beatę Marię ſemper virgini, beato Michaeli Archāgelo, beato Ioāni Baptiſtę, Sāctis Apoſtolis Petro, & Paulo, omnibus Sāctis, & tibi Pater, quia peccaui nimis, cogitatione, verbo, & opere. Per-

cutit ſibi pectus, dicẽs, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginẽ, beatũ Michaelẽ Archangelũ, beatũ Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos Petrum, & Paulũ, omnes ſanctos, & te pater orare pro me ad Dñm Deum noſtrũ.

Vel dicat eandem confeſſionem, lingua vulgari.

Yo peccador me confieſſo a Dios todo poderoſo, y a la bienauenturada ſiẽpre virgẽ Maria, y a los bienauenturados S. Miguel Archangel, S. Ioan Baptiſta, y a los Sãctos Apoſtoles S. Pedro, y S. Pablo, y a todos los Sanctos, y a vos Padre, que peque grauemente con el penſamiento, palabra, y obra; por mi culpa, por mi culpa, por mi muy grãde culpa. Por tãto ruego, a la bienauenturada ſiẽpre virgen Maria, y a los bienauenturados S. Miguel Archangel, S. Ioan Baptiſta, y a los Sãctos Apoſtoles, S. Pedro, y S. Pablo, y a todos los Sanctos, y a vos Padre que rogueys por mi, a Dios nueſtro Señor.

Deinde audiat confeſſionẽ illius, attente notãs circunſtantias, numerum & grauitatẽ peccatorũ. In progreſſu cõfeſſionis, nequaquã pœnitentem deterrebit; quin potius animũ addet, & omnẽ occaſionẽ vitioſi pudoris auferet, vt libere peccata ſua detegat. Vbi pœnitens dixit peccata, Sacerdos adijciat, ſi opus fuerit, nonnullas interrogationes, iuxta pœnitentis qualitatẽ. Videat etiã; vtrũ ſit aliquid reſtituendum, vt ſi de re, vel exiſtimatione proximi detraxerit. Nemo enim abſoluẽdus eſt, niſi prius quæ cuiuſque fuerint reſtituere polliceatur; quod ſi promiſſa non exoluerit, cum facultatem ha

beat ſatisfaciendi, cogẽdi ſunt, vt reſtituãt prius. Deinde peccata obiurget, ita tamẽ, vt ad ſpem miſericordię, leniter, & ſuauiter peccatorem ducat, eumq; ad peccatorum deteſtationẽ, & nouæ vitæ emendationem, diligenter excitet. His actis, ſatisfactionem, ſeu pœnitentiam, ſecundum menſuram delicti, aut peccatorũ grauitatem, iniungat: & illa opera imponantur, quę ſui natura, dolorem, & moleſtiam afferãt. Ad tria autem hæc referuntur, orationem, ieiunium, & eleemoſynã: nonnunquam etiam ſignificabit, quę pœnę, quibuſdã delictis, ex veterũ canonum (qui pœnitentiales dicuntur) præſcripto, ſtatuantur. Poſtremo (ſi nihil obſtat) Sacramentalem abſolutionem impendat, in hunc modum.

*C. menſurã de pœnit. diſt. I.*

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. Amen.

Indulgẽtiã, abſolutionẽ, & remiſsionẽ peccatorũ tuorũ, tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dñs. Amen. Dñs noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, qua fungor, te abſoluo, (in quantũ poſſum) ab omni vinculo excõmunicationis maioris, aut mino



Digitized by Google

ris, ſuſpẽſionis, vel interdicti, ſi forte incurriſti: & eadẽ auctoritate, Ego te abſoluo à peccatis tuis, in nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus ſancti. Amẽ.

Deinde pro temporis opportunitate, addat:

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium ſanctorum, & quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſsionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternę, vade, & iã amplius noli peccare. Attendat Sacerdos quod in illis verbis Ego te abſoluo: continetur forma Sacramenti pœnitentiæ, in quibus tota vis ſita eſt: & in caſu neceſſitatis vtatur hac forma: Cõ. Trid. ſeſſ. 14. c. 13.

Ego te abſoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spirit⁹ ſancti. Amẽ.

Si pœnitens habeat facultatem eligendi confeſſarium, qui ſibi conferat indulgentiam plenariam, Sacerdos poſt formam abſolutionis à peccatis, dicet:

Concedo tibi auctoritate mihi cõmiſ-

ſa, & tibi cōceſſa, indulgentiā plenariā, in nomine Patris. &c. Vel addet. Concedo tibi plenariā indulgētiam peccatorum tuorū, facultate mihi conceſſa, & commiſſa virtute bullarum tuarum.

Si pœnitens habeat facultatem, vt ſibi concedatur indulgentia plenaria, in mortis articulo: poterit Sacerdos eam concedere, in ea cōfeſſione quam infirmus facit, ad recipiendū viaticū; vel cum accepturus eſt extremā vnctionem, vel aliâs cū expedierit, & in fine adijciat.

Si præſens mortis periculum (Deo fauente) euaſeris: ſit tibi hæc indulgentia reſeruata, pro vero mortis articulo.

## Forma abſoluendi à maiori excommunicatione: quando abſolutio fit ſolemniter, ante fores Eccleſiæ, in publica pœnitentia.

*Ex pontificali.*

PRimū Sacerdos habita ſuperioris facultate, ad abſoluendum, accipit ab excommunicato iuramentum, quod parebit mādatis Eccleſiæ, & ipſius abſoluētis, ſuper eo, propter quod, excōmunicationis vinculo eſt ligatus. Et ſi excōmunicatus ſit ob manifeſtam offenſionē: debet priuſquàm abſoluatur, ſatisfacere: vel ſi

id ſtatim fieri nequeat adhibeat ſufficientẽ cautionẽ. Deinde Sacerdos accepta in dextera manu virga, dicit Pſalmum.

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. &c. totum, cum Gloria Patri. Sicut erat in principio. &c. Et in quolibet verſu, Sacerdos cũ virga leuiter ſuper ſcapulas verberat abſoluendũ. Finitis his, Sacerdos dicit. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluũm fac ſeruũm tuũm. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eõ. ℟. Et filius iniquitatis non nocebit ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationẽ noſtram, & hũnc famulũm tuũm, quẽm excommunicationis catena conſtringit: miſeratio tuę pietatis abſoluat. Per Chriſtũ Dominum. &c.

Oremus.

Præſta quæſumus Domine huic famulõ tuõ, dignum pœnitentiæ fructum: vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiarat peccando; commiſſorum veniam conſequendo, reddatur innoxius. Per Chriſtum. &c. Reſpon. Amen. Deinde Sacerdos dicit. Auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri, & Pauli, ac Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & ea qua fungor, abſoluo te à

vinculo excommunicationis, qua ex tali cauſa ligatũs eras, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Poſtea Sacerdos apprehendens abſolutum, manu dextera, introducit eum in Eccleſiam, dicens. Reduco te in gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, & ad conſortium, & communionem Chriſtianorum, à quibus fueras per excommunicationis ſententiam eliminatũs; & reſtituo te participationi Eccleſiaſticorum Sacramentorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtremò, abſoluto fieri debent rationabilia pręcepta. Ordinem abſoluendi ab anathemate, quod pro grauioribus culpis incurritur, require in Pontificali.

## Forma abſolutionis minus ſolẽnis, ab excommunicatione maiori.

SAcerdos abſoluturus excommunicatum, præmiſſo iuramento, aut cautione de parendo mandatis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, & præmiſſa ſatisfactione, dicat vnum ex Pſalmis pœnitentialibus, cum Gloria Patri, &, Sicut erat. Deinde dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Saluũm fac ſeruũm tuũm. Reſ. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Nihil proficiat inimicus in eõ. Reſp. Et filius iniquitatis non nocebit ei. Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſ. A facie inimici. Ver. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram; & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum. ℟. Amē. Et abſoluat eum, dicens: Ego te abſoluo à vinculo excommunicationis, qua ex tali cauſa ligatus eras; & reſtituo te communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Poſtea iniungat præcepta delicto conuenientia; & ſi dubium ſit, vtrum ſit excommunicatus; Sacerdos dicat. A vinculo excommunicationis, ſi fortè incurriſti. &c. Et ſi abſolutio ſit ad reincidentiam, dicat. Abſoluo te ad reincidentiam, ſecundum formam mihi commiſſam. &c.

## Abſolutio ab excommunicatione minori.

AVctoritate Dei omnipotentis, te abſoluo à vinculo excōmunicationis minoris, quam incurriſti, & reſtituo te Sacramētis Eccleſiæ. In nomine Patris, &c. Ex Pōtif.

## Forma diſpenſandi in irregularitate.

DIſpenſo tecum ſuper irregularitate, ex præhabitis actibus contracta, & idoneū te reddo, ad executionem, vel ſuſceptionem quorumcunque ordinum Eccleſiaſticorum. Aut dicat. Reſtituo te ad actus legitimos. Quæ etiam impendi poteſt, ſine abſolutione à peccatis.

# Forma abſolutionis, à ſuſpenſione, & interdicto.

HAc forma vtatur Sacerdos, in abſoluẽdo à ſuſpenſione, quam certũ eſt quempiam incurriſſe. **Abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti ob talem cauſam; & reſtituo te priſtinæ executioni, in nomine Pa ✠ tris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.** Quando verò eſt dubium incurriſſe: hac forma. **Si teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis, à quo te poſſum abſoluere: abſoluo te in nomine Patris. &c.** Similiter in abſolutione interdicti perſonalis, vtatur his verbis, vel alijs, in eandẽ ſententiã: **Abſoluo te à ſententia interdicti: qua ligatus teneris, ob talem cauſam, In nomine Patris. &c.**

# De Interdicto.

*ALiquando propter inobedientiam, interdici ſolent vrbes, aut oppida, aut Eccleſiæ particulares, aliquando perſonæ, vel perſona.*

*In locis generaliter interdictis (quod frequentius accidit) quotidie in Eccleſijs, et monaſterijs, miſſæ et alia officia celebrari poſſunt, ſicut prius: cum moderatione cap. Alma [a] mater: videlicet ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis: et excluſis excommunicatis, et interdictis, qui nõ habuerint priuilegium, vt diuinis officijs interſint. Poteſt etiam diebus Dominicis cum eodem moderamine, aqua benedici, et ea populus aſpergi.*

[a] De ſent. exc. in 6.

*In feſtiuitatibus Natalis Domini: reſurrectionis: Pentecoſtes: et Aſſumptionis Beatæ Mariæ, diuina celebrantur,*

tur[a] alta voce, ianuis apertis; excluſis excommunicatis; et admiſsis interdictis: Dum tamen ij propter quos poſitum eſt interdictum, non appropinquent altari. Et dies feſtus incipit à Veſperis Vigiliæ, vſque ad feſti Completorium, incluſiuè. Idem[b] permittitur in feſto Corporis Christi, et tota octaua. Eiſdem diebus aqua ſolenniter poteſt benedici, et aſpergi: Panes et fructus benedici, et adminiſtrari: benedici virgines, calices. etc.

Tempore interdicti generalis, ceſſante priuilegio, non datur extrema[c] vnctio infirmis, neque clericis, neque laicis: Nec defunctis, Eccleſiaſtica ſepultura: præterquam clericis, qui ſeruauerunt interdictum. Nec fit[d] ordinatio miniſtrorum Eccleſiæ. Sacramentum[e] matrimonij celebratur: Non tamen benedictiones nuptiales.

Conceditur Sacramentum baptiſmi, et confirmationis,[f] tam paruulis[g], quam adultis[h], cum omni apparatu, et ſolennitate, conficitur Chriſma in die cœnæ Domini.[i] Pœnitentiæ Sacramentum datur non ſolum morientibus[k] et infirmis; ſed etiam ſanis,[l] qui non fuerint excommunicati, neque fuerint cauſa interdicti, ſua culpa; neque conſilium, fauorem aut auxilium præbuerint delicto; ob quod fuit poſitum.

Conceditur Euchariſtia, ſeu viaticum exiſtentibus in mortis[m] periculo: et poteſt portari cum lumine, et campanula, et oſtendi in reditu (vt moris eſt) et poſſunt annuntiari indulgentiæ, comitantibus Sacramentum. Non prohibetur benedictio menſæ, nec precatio ſiue oratio, dum pulſatur ad Aue Maria: nec prædicatio verbi

Dei

[a] Dic. c. alma mater.
[b] Priuile. Mar. V. & Enge. IIII. in ſuis extra.
[c] De pœnit. & remiſſ. cap. quod in te
[d] Dict. c. quod in te
[e] Gloſ. recepta in c. fi. de ſent. exc. in 6.
[f] Cap. reſponſo. de ſent. exc. & ca. quoniã. eod. tit. lib. 6.
[g] C. nõ eſt de ſpon.
[h] Dict. c. quoniam.
[i] Dict. c. quoniam.
[k] Dict. c. non eſt vobis.
[l] Dict. ca. al. mater.
[m] Gloſ. recep. in dicto c. al. mater.

a C. reſpõſo. de ſen. excom.

*Dei* [a]*: licet etiã excõmunicare, et excõmunicatũ abſoluere, abſq; ſolẽnitate Sacerdotali. Nec prohibentur interdicti, adorare hoſtiam, niſi cum diuina officia, actu celebrantur.*

## De ceſſatione à diuinis.

*ALiquando, cum obedientia nõ eſt præſtita excommunicationi, aut etiam interdicto, addi ſolet ceſſatio à diuinis. Tunc autem litteræ quibus indicitur benè cõſiderandæ ſunt, et ſecundũ eas iudicandum: Quia ligant quantum iudex expreßit, et non amplius. Et diuiditur in generalem, quæ imponitur loco vniuerſali, vt prouintiæ, ciuitati, oppido, aut toti parochiæ: et in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt alicui Eccleſiæ particulari.*

*In ceſſatione prohibetur celebratio diuinorũ officiorũ, etiã ianuis clauſis, et adminiſtratio Sacramentorũ; præter illa quæ ſubijciũtur. Singulis hebdomadis, licet ſemel celebrare, ad renouandã Euchariſtiam, vno tantũ miniſtro præſente.*

*Baptiſmus, confirmatio, et Sacramentũ pœnitentiæ, conferuntur omnibus: vnctio extrema, nulli. Eccleſiaſtica ſepultura, omnibus interdicitur: Clerici tamen poſſunt in cæmiterio ſepeliri, cum ſilentio, ceſſantibus omnibus ſolennitatibus. Euchariſtia defertur tantum infirmis, cum pompa, ſed non dicitur officium ordinatum. Diuinũ officium ſinguli, qui alioqui tenentur, recitare debent; ſed ſine ſocio.*

Argu. c. quod in te. de pœnit. & remiſſ.

*Ceſſatio nõ eſt cẽſura, quẽadmodũ eſt interdictum; et qui violat ceſſationẽ à diuinis, nõ eſt ꝓpterea irregularis, et qui priuilegiũ habet audiẽdi diuina officia, tẽpore interdicti: nõ ei ſuffragabitur, vt tẽpore ceſſationis, audire poßit. Nec qui*

*priui-*

*priuilegium habet, audiendi tempore ceſſationis generalis, continuo audire poterit, tempore ceſſationis particularis.*

A caſibus ſummo Pontifici reſeruatis nullus per aliũ quam per Romanum Põtificem abſolui poteſt, niſi in mortis articulo conſtitutus, neq; etiã tunc, niſi de ſtando eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita. Horũ quidã continentur in bulla quæ legi conſueuit in die cœnę Dñi. Reliqui verò ſunt qui ſequuntur.

1 *IN tranſgreſſores Canonum, negantes [a] Papæ poteſtatem ad condendum eos, hæc reducitur ad primam excommunicationem cœnæ, quæ eſt in ſchiſmaticos.*

2 *In eos qui ſuadente diabolo, iniecerint manus violentas in clericum, vel monachum: [b] ſi percuſsio ſit enormis. Nam ſi modica eſt, et leuis, reſeruatur [c] Epiſcopo.*

3 *Excommunicatio lata à Delegato Papæ, lapſo iam anno, ad exequendã ſuam ſententiam diffinitiuã, ei cõceſſo.* [d]

4 *In falſarios literarum Apoſtolicarum: [e] nam hæc, quoad aliquos caſus, non continetur in proceſſu bullæ Cœnæ.*

5 *Excommunicatio lata ab Epiſcopo, in habentes literas falſas Papæ, ſi eas intra viginti [f] dies, non deſtruant, vel non reſignent.*

6 *In clericos qui ſcienter, [g] et ſponte communicant cum excommunicatis à Papa admittentes eos ad diuina.*

7 *Excõmunicatio lata, et denuntiata, in [h] incendiarios.*

8 *In ſacrilegos [i] qui effringunt, et ſpoliant Eccleſias.*

9 *In eligentes Senatorem Romanum contra formam. c. fundamenta.* [k]

10 *In eum qui inſectatus [l] fuerit, vel percuſſerit, aut ce-*

[a] 19. diſt. can. nulli fas.
[b] 17. quæſ. 4. can. ſi quis ſuadent.
[c] De ſent. excom. c. peruenit.
[d] De off. deleg. c. quærenti.
[e] De cri. fal. c. ad falſariorum.
[f] De cri. fal. c. dura.
[g] De ſent. excom. c. ſignificauit.
[h] De ſent. excom. c. tua.
[i] De ſent. excom. c. cõqueſtus.
[k] De elec. lib. 6.
[l] De pœnis lib. 6. c. fœlicis.



Digitized by Google

*perit tanquam inimicus aliquem Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, aut mandauerit, aut id ratum habuerit. etc.*

11 *In eos qui facultatem concedunt alicui, grauandi in perſonis, aut rebus ſuis, vel ſuorum, eo quod tulerint ſententiam* [a] *excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, contra Reges, Principes, et c. ſi duobus menſibus perſeuerauerint, in dicta excommunicatione.*

12 *In inquiſitores* [b] *et alios deputatos officio Inquiſitionis ab Epiſcopo, qui odio, amore aut lucri, vel cõmodi temporalis gratia, contra iuſtitiã, et ſuas cõſcientias, omittũt procedere contra hæreticos; vel falſo alicui imponentes hæreſim; vel impedimentum officij ſui, eum quoquo modo vexauerint.*

13 *In religioſos* [c] *qui ſine expreſſa licentia Presbyteri parochialis, præſumunt adminiſtrare Sacramentum Unctionis, aut Euchariſtiæ, aut benedicere nuptias, aut abſoluere excommunicatum, aut à pœna, et culpa.*

14 *In clericos,* [d] *et religioſos inducentes aliquem ad vouendum, iurandum, aut promittendum, eligere ſepulturam in ſua Eccleſia, aut quod non mutabit electam.*

15 *In nobiles, et dominos tẽporales qui cogunt celebrare in locis interdictis: et in alios comprehenſos in Clem. grauis.* [e]

16 *In abſoluentes* [f] *per confeſſonalia Sixti* IIII. *ab aliquo horum quinque votorum, ſcilicet peregrinationis in Hieruſalem: Romam: Compoſtellam: Religionis: Caſtitatis.*

17 *In eos qui exenterant* [g] *mortuos, ad eos conſeruandos; aut eos concidunt in fruſta, et ea coquunt; vt oſſa carnibus denudata deferant, et ſepeliant in alio loco: et*

qui

[a] De ſent. exc. in 6. c. quicunque.
[b] Clem. 1. de hæret. §. verum.
[c] De priu. Clem. 1.
[d] De pœ. Clem. cupiẽtes. §. fin.
[e] De ſent. excom.
[f] Extrau. & ſi Dominici de pœn. & rem.
[g] Extrauag. deteſtandæ de ſepul. inter cõmunes.
Exenterare eſt extrahere inteſtina.

qui hoc fieri iubent.

18 In dantes,[a] aut recipiẽtes aliquid ex pacto, ob ingreſſum in aliquod monaſterium.

19 In committẽtes[b] ſimoniam in ordine, vel beneficio: et qui mediatores exiſtunt.

20 In eos,[c] qui ab ordine mendicantium tranſeunt ad non mendicantes: (excepto ordine Carthuſianorum,) et etiam admittentes eos.

21 In eos[d] qui aſſerere præſumunt, tenentes beatam Virginem ab originali peccato fuiſſe præſeruatam, hæreſim, aut peccatum mortale, incurrere: et vice verſa.

22 In eos,[e] qui peregrinantur in Hieruſalem, abſque licentia Summi Pontificis.

Sunt et aliæ excommunicationes Summo Pontifici reſeruatæ, quæ in priuilegijs ordinum referuntur: aliæ, quas non eſt certum, vbique eſſe receptas, de quibus Sacerdos legat, vel conſulat Doctores.

Nullus eſt caſus reſeruatus Papæ, cui non ſit annexa aliqua cenſura. Vnde ab omnibus peccatis habentibus annexam cenſuram Papæ reſeruatam: ea legitimè ſublata, ſimplex Parochus abſoluere poteſt, quia per id deſinunt eſſe reſeruata.

Sunt aliæ excommunicationes, quæ in iure reſeruantur Epiſcopis: Sunt etiã aliqua peccata quorum abſolutio reſeruatur Epiſcopo, quæ non habent cenſuram annexam.

Caſus Epiſcopis reſeruati, in vnaquaque diœceſi, non poſſunt certa ratione comprehendi: quare confeſſarius diligenter inquirat in quauis diœceſi, quinam ſint illi.

a Extrau. 1. de ſimo. inter communes.

b Extrau. cum deteſtabile. de ſimo. inter cõmunes.

c In extraua. Mart. V. de regul.

d Extrau. graue. de reliq. & ven. ſan.

e Siluester.

# DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti Euchariſtiæ.*

1 NEmini licet, quem mortalis peccati conſcientia ſtimulat, quantumuis ſibi contritus videatur, ſacram Euchariſtiam [a] accipere, antequam ſe purgauerit, ſacramentali confeſſione.

2 Debent [b] fideles ieiuni accedere ad Euchariſtiam, ita vt nihil omnino comederint, aut biberint, à dimidia nocte antecedentis diei: [c] excipiuntur infirmi, ſi de eorum periculo dubitatur: ne ſine communione decedant.

3 Pueris Euchariſtia cõceditur, ſi in ea ætate ſint, et diſcretione, vt diſcernere poſſint Corpus Domini. Quam rem nemo melius conſtituere poterit, quam pater, ſeu Sacerdos, cui illi confitentur peccata. Communiter ætas huic rei apta, eſſe ſolet, ab anno decimo, vſque ad decimumquartum.

4 Amentibus qui tũc à pietatis ſenſu alieni ſunt, hoc Sacramentum dare minime oportet: quamuis ſi, antequam in inſaniam inciderint, præ ſe tulerũt piam, et religioſam animi voluntatem: licebit eis in fine vitæ, (ex Concilij Carthaginenſis decreto) Euchariſtiam adminiſtrare: modo periculum vomitionis, vel alterius indignitatis, aut incommodi nullum timendum ſit.

5 Poſtulat tanti Sacramenti [d] dignitas, vt qui matrimonio iuncti ſunt, ante communionem, aliquot dies abſtineant à concubitu vxorum.

6 Damnatis ad mortem, [e] debet dari Euchariſtia; et cu-

ret

a Con. Trident. ſeſſ. 13. c. 7. & can. 11.
b De cõſ. d. 2. can. liquido.
c S. Tho. 3. p. q. 80. art. 8.
Ex Catechiſmo Rom.
d De cõſ. d. 2. c. omnis homo.
e Statuit Pius V. motu proprio, & l. Regni. 9. tit. 2. li. 1. recopilationis.

ret Parochus, vt id fiat ante diem ſupplicij.

7 Sacerdos [a] cum ipſe eſt ſumpturus ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, orario, ſeu ſtola circundabit collũ, et vtrumq; humerum. [a] 23.d.cano.eccleſiaſtica.

8 Si aliquid obſtiterit, quominus poſsit infirmus ſacram Euchariſtiam accipere tutò, vt ſi timeatur vomitus: tantum adoret Sacramentum; doceatque eum Sacerdos quopacto ſpiritualiter communicet; videlicet, eos ſpiritualiter [b] Euchariſtiam ſumere, qui deſiderio, et voto comedunt cæleſtẽ illum panem, incenſi fide viua, quæ per dilectionem operatur. Caueat tamen Sacerdos, ne leui occaſione [c] à reali ſumptione Euchariſtiæ, infirmum arceat. [b] Cõc. Trident. ſeſſ. 13. c. 8. [c] Argu. can. is qui. 26. q. 6.

9 Euchariſtiam in ſacrario pro infirmorum communione conſeruari [d] neceſſe eſt: ne verò nimia vetuſtate ſpecies corrumpantur, Parochi debent ſingulis [e] octo diebus, Euchariſtiam renouare, veteres hoſtias ſumendo, et recentes in earum locum reponendo. [d] Cõc. Trident. ſeſſ. 13. c. 6. [e] Cõſt. 9. Synod. Tolet. Cardi. D. G. de Quiroga.

## Forma admonitionis dicendę à Sacerdote, ad communicaturos, in die cœnæ Domini, aut in die Paſchatis, vel aliàs cum expedierit: ante communionem.

Ex Diuo Ambroſio de Sacramentis lib. 1. cap. 9.

Conſidera nunc, vtrum pręſtantior ſit panis Angelorum, an caro Chriſti, quæ vtique corpus eſt vitæ. Manna illud è cælo, hoc ſupra cælũ: illud cæli, hoc Do-

mini cælorum, illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione: quod quicunque religioſe guſtauerit, corruptionẽ ſentire nõ poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto: illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum. Iudæus bibit, & ſitit; tu cum biberis, ſitire non poteris, & illud in vmbra, hoc in veritate: ſi illud quod miraris vmbra eſt: quantũ iſtud eſt, cuius & vmbram miraris? Audi quia vmbra eſt, quæ apud patres facta eſt: Bibebant (inquit) de conſequenti petra, petra autem erat Chriſtus, ſed non in pluribus eorum complacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autẽ in figuram facta ſunt noſtri? cognouiſti præſtantiora? Potior etenim lux, quam vmbra, veritas, quam figura; corpus auctoris, quã manna de cælo. Forte dicas, aliud video, quomodo tu mihi aſſeris, quod corpus Chriſti accipiam? Et hoc nobis adhuc ſupereſt, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus nõ hoc eſſe, quod natura formauit, ſed quod benedictio cõſecrauit: maioremque vim eſſe benedictionis, quam naturæ; quia benedictione, etiam ipſa natura mutatur. Virgam tenebat Moyſes, proiecit eam, & facta eſt ſerpens. Rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in virgæ naturã reuertitur. Vides igitur Prophetica gratia, bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis, & virgæ. Vera vtique caro Chriſti quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt; vere ergo carnis illius Sacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus, hoc eſt corpus meum; ante benedictionem

verborum cæleſtium, alia ſpecies nominatur: Poſt conſecratione͂, corporis Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinem ſuum: ante conſecrationem aliud dicitur; poſt conſecrationem, ſanguis nuncupatur, & tu dicis. Ame͂. Hoc eſt, verum eſt: quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod ſermo ſonat, affectus ſentiat. His igitur ſacramentis paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus, quibus animæ firmatur ſubſtantia. Meritoque videns profectum eius gratiæ continente͂, dicit ad eam; quam decora facta ſunt vbera tua, ſoror mea ſpo͂ſa, quam decora facta ſunt à vino; & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans, labia tua, ô ſpo͂ſa; mel, & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor Libani, hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa mea, hortus concluſus, fons ſignatus. Quo ſignificat ſignatu͂ debere apud te manere myſteriu͂, ne violetur, operibus malę vitæ, atq; adulterio caſtitatis, ne diuulgetur, quibus no͂ co͂uenit; ne garrula loquacitate diſpergatur in perfidos. Bona debet ergo fidei tuæ eſſe conſtantia; vt intemerata vitæ, ac ſilentij integritas perſeueret.

## Admonitio ex Catechiſmo Romano.

EXcellentiſſimu͂, & ſanctiſſimum Sacramentu͂ percepturi, quotquot ad diuinam menſam acceditis, adeſte animis, vt corpore adeſtis; vagis, & diſtractis me͂tibus tanta myſteria ſuſcipere, fas non eſt. Eſt enim Euchariſtia, finis ad quem referu͂tur omnia, fons vnde dimana͂t reliquorum Sacramentoru͂ virtus, & ſanctitas.



Digitized by Google

Alia Sacramenta ſancta ſunt, hoc Sacramentum, continet ipſum ſanctitatis auctoré (faceſſat ignauia) Chriſtum Dominum illum ipſum, qui natus olim ex virgine, affixuſque cruci, propter noſtra peccata, nūc in cælis ſedet ad dexteram Patris. Animum, atque rationé, à ſenſibus auocate; neque enim panis eſt, quem videtis: ſed panis ſpecies; quibus tegitur Chriſti corpus viuū, & verum: diuina hoc virtus efficit: quæ diuina non eſſet, ſi maieſtatem eius, & celſitudinem, cogitatio aſſequeretur humana. Verbo Dei, quo cælum, & terra facta ſunt, diuinum hoc opus perficitur. Quod ſi tātum regé hoſpitio accepturi eſtis; facile eſt intelligere, quā mundo corde opus ſit, ne quid offendat in vobis tantę maieſtatis oculos: ſimul; vt ſuauiſſimos huius Sacramé ti fructus percipiatis; quorum magnitudo, neque cogitatione comprehédi, neque oratione poteſt explicari. Euchariſtia panis eſt animæ: id ergo digne ſumétibus, quod cibus corpori; præſtat: vnimur intime Chriſto, iuxta ipſius Domini promiſſionem, neque tamen Sacramentum in noſtram ſubſtantiam mutatur: ſed nos quodammodo in Chriſti, quem ſumimus, naturā conuertimur, vitaque & moribus, ſimiles euadimus. Hoc alimento; cōſeruamur in bonis; & augemur: excitatur guſtus, vt ex his myſterijs maiorem in dies ſuauitatem percipiamus. Mannæ inſtar eſt, quod datum eſt patribus; noſtra culpa ſæpe fit, vt Angelorum eſca, noſtro palato non ſapiat. Quod peccatis debilitatum eſt, huius Sacramenti vſu reparatur; fortiores euadimus



Digitized by Google

ad peccata mortalia vitanda; venialia remittuntur; prauæ conſuetudinis vires debilitantur: Angelorũ cuſtodia munimur, qui ſuum Dominum & Regẽ magno numero comitantur. Exercetur fides, & augetur myſterij ſublimitate; confirmatur ſpes, hoc pignore æternæ immortalitatis; vnde lętitię materia maxima. Ignis inſtar eſt, charitatis flammam in cordibus excitantis, qua carnis incendia ſedantur, affectiones prauæ frę́nãtur; robuſti euadimus aduerſus omnes huius vitæ difficultates: tandiuque hoc cibo aliti, & vegetati, in ſuſcepto virtutis itinere progredimur, donec perueniatur ad montem Dei, Oreb. Verum hos fructus, alioſque innumeros ij tantum percipiunt, qui digne communicant: qui ſecus iudicium ſibi manducant, & bibũt; & eſt optimis rebus innatum, vt proſint opportuno, noceant alieno tempore ſumptæ. Integra ergo peccatorũ mortalium confeſſione opus eſt, qua conſcientiæ mundantur: vt nuptiali veſte ornati, ad tantum conuiuium accedatis; nam & Chriſtus, antequam Apoſtolis Euchariſtiam daret, pedes eorum lauit. Adhibeatur reuerentia; & humilitas maxima, vt Regem Angelorum ſuſcipiamus: excitetur deuotio ſanctis cogitationibus: ac præſertim memoria Chriſti paſſionis, ſicut ipſe mãdauit, hoc inquiens, facite in meam commemorationẽ. Remoueatur in primis ea feſtinatio, quam nõnulli ad tanti Sacramenti ſumptionem, afferre ſolent: ſancta enim ſanctè tractanda ſunt, & qua decet maturitate. Quod fiet, ſi ante, & poſt ſumptam Euchariſtiam men-

tem noſtram ſalutaribus cogitationibus paſcemus, & ardentibus precibus, diuinam miſericordiam implorabimus, per Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Eadem admonitio vulgari ſermone.

LOs que aueys de recebir el excellentiſſimo, y ſanctiſſimo Sacramento de la Euchariſtia, y eſtays allegados a eſta diuina meſa, aſſiſtid aqui con el alma, como aſſiſtis con el cuerpo; porque no conuiene con almas diſtraydas, y no atentas recebir tan grã myſterio. Es la Euchariſtia, el fin a que ſe ordena todo; es la fuente de donde mana la virtud, y fuerça de todos los otros Sacramentos. Todos los Sacramẽtos ſon ſanctos: mas eſte contiene el autor de la ſanctidad, q̃ es Chriſto nueſtro Señor, el miſmo que nacio de la Virgẽ ſanctiſſima, y que fue enclauado en la cruz por nueſtros peccados, y aora eſta ſentado en el cielo, a la dieſtra de Dios Padre. Leuantad el alma, y razon de los ſentidos; porque no es pan eſto que veys, ſino las eſpecies y accidẽtes del pã, cõ los quales ſe cubre el cuerpo de Chriſto nueſtro Señor viuo, y verdadero, la virtud diuina haze eſto: y no ſeria diuina, ſi ſu alteza, y mageſtad la pudieſſe comprehẽder la razõ humana. Cõ la palabra de Dios, cõ q̃ hizo el cielo, y la tierra, ſe haze tãbien eſta admirable obra. Y ſi aueys de hoſpedar a vn tan alto, y poderoſo Rey; facil coſa es de entẽder, q̃ limpieza de coraçon es meneſter,

paraque

paraque los ojos de eſta tã gran mageſtad, no hallẽ en vueſtras almas coſa que le offenda:y paraque juntamẽte recibays el guſto delos fructos ſuauiſſimos de eſte Sacramẽto. Cuya grandeza,ni ſe puede cõ el entẽdimiento cõprehender,ni con la lengua declarar. La Euchariſtia es pan del alma:y lo q̃ el manjar corporal da al cuerpo; eſſo haze en el alma del que le recibe dignamente: vnimonos intimamente a Chriſto, ſegun ſu promeſſa; y el Sacramento no ſe muda en nueſtra ſubſtãcia; ſino noſotros en cierta forma nos mudamos en la naturaleza de Ieſu Chriſto nueſtro Señor, q̃ es el q̃ recebimos; y deſta mudança ſalimos en vida,y en coſtumbres ſemejantes a el. Con eſte manjar nos cõſeruamos en los bienes,y virtudes q̃ tenemos,y nos acrecentamos;el guſto ſe deſpierta para cada dia recebir mayor ſuauidad de la frequencia de eſte myſterio. Es ſemejante al manna q̃ fue dado a los Padres de la ley vieja; por nueſtra culpa acontece muchas vezes, que no ſea dulce a nueſtro paladar el manjar de los Angeles. Lo q̃ eſta debilitado por el peccado,ſe repara con el vſo deſte Sacramento, quedamos mas fuertes para euitar los peccados mortales; los veniales ſe remitẽ;debilitaſe la fuerça de la mala coſtumbre;hazen nos guarda,compañias de Angeles,los quales en gran numero acompañan a ſu Rey, y Señor: exercitaſe la fe,y acrecientaſe cõ la alteza del myſterio: cõfirmaſe la eſperãça cõ eſta prẽda de la eterna immortalidad;y de aqui ſale gran materia de alegria. Es como fuego que ſaca del coraçon la llama de la charidad: cõ

la qual ſe aplacan los fuegos, y ardores de la carne, y ſe enfrenan los malos affectos. Salimos mas fuertes, y robuſtos contra todas las difficultades de eſta vida, y mãtenidos con eſte manjar, caminamos la jornada comẽçada, haſta llegar al mõte de Dios Oreb. Mas eſtos fructos, y otros innumerables, aquellos ſolos los reciben, que dignamente comulgan; y los que al contrario, comen, y beuen ſu condenacion, y juyzio: y es proprio de las coſas buenas, aprouechar applicadas en ſu tiempo, y dañar fuera de ſazon. Y aſſi es meneſter al peccador que ſe allega a eſte manjar, diſponerſe primero con la confeſſion entera, de ſus peccados, con la qual ſe limpia la conſciencia, y ſe adorna y atauia el alma, con la veſtidura nupcial, para llegar dignamente a tan alto cõbite. Porque Chriſto nueſtro Señor, antes que dieſſe la Euchariſtia a los Apoſtoles, les lauo los pies. Haſe de llegar con gran reuerẽcia, y humildad para recebir al Rey de los Angeles, y excitar ſe la deuocion con ſanctos penſamientos: y principalmente con la memoria de la paſſion de Chriſto nueſtro Señor, como el lo mãdo en la inſtitucion deſte ſanctiſſimo Sacramẽto; eſto hazed (dixo) en mi memoria. Ninguno llegue cõ prieſſa, a recebir eſte Sacramento; porque las coſas ſanctas, ſanctamente ſe han de tratar, y con la conſideracion y madureza, que conuiene. Lo qual alcançaremos ſi antes y deſpues de la communion apacentáremos nueſtras animas con ſanctas meditaciones; y con feruientes oraciones inuocáremos la diuina miſericordia. Por



Digitized by Google

Ieſu Christo nueſtro Señor, el qual con el Padre, y con el Spiritu ſancto, biue, y reyna en los ſiglos de los ſiglos. Amen.

## De ritibus & cærimonijs ad Euchariſtiam adminiſtrandam, adhibendis cum miniſtratur ſanis.

QVando ſunt fideles communicaturi, Sacerdos in miſſa, poſt ſanguinis ſumptionem, ante purificationem, & digitorum ablutionem, eos communicare debet, hoc ordine. Cum in miſſa ſolenni, communio generalis facienda eſt, accedunt ante altare qui communicaturi ſunt, in plano inferiori, in modũ mediæ coronæ; quibus genuflexis, Sacerdos in cornu Epiſtolæ, ad eos ſe conuertit. Tunc dicunt ſinguli, intelligibili voce, præeunte Diacono. **Confiteor Deo. &c.** Et ſacerdos dicit clara voce **Miſereatur veſtri. &c.** & **Indulgentiam, &c.** Manu dextera ſignum crucis, ſuper eos producens, conuertit ſe ad medium altaris, detegit patenam ſeu vas deputatum ad hoc miniſteriũ in quo ſunt hoſtiæ conſecratæ, genuflectit, & ſurgens ponit in patena, vel vaſe, aliquas illarum; interim extenditur velum ante ſupremum gradum altaris: accedunt primo Diaconus, & Subdiaconus (ſi ipſi debeant communicare) genuflexi, & ante velum: Sacerdos cõuertit ſe ad eos in medio altaris, ferens religioſe, & reuerẽter ante pectus, hoſtias cõſecratas in patena, ambabus ma-

mibus;& accipiens duobus digitis manus dexterę vnã illarum,dicit cum populo,ter. Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum:ſed tantùm dic verbo,& ſanabitur anima mea. Et accipiẽs ſucceſſiuè ſingulas hoſtias,ante faciẽ cõmunicaturi, format cum eis ſignum crucis,ſupponẽs patenam cũ ſiniſtra, ori vniuſcuiuſq; cuilibet dicens. Corpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam, in vitam æternam.Amen. Statim vnus miniſtrorũ ſtãs iuxta cornu Epiſtolę, prębet ablutionẽ cũ vino & aqua,vel alterutro, in alio vaſe,habens linteũ mundũ in manibus, quo os communicantium tergat. Diaconi cõmunicati facta profunda humiliatione,ſecedunt,& ipſi miniſtrant ablutionem cæteris. Poſtea accedunt alij miniſtri altaris.Deinde clerus,poſtremo populus,primo maſculi; deinde fœminæ. Peracta cõmunione, Sacerdos extergit patenã ſuper calicẽ:& ſi inuenerit in ea,vel in corporali aliquod fragmẽtum,vel particulã,ſumat eã ante purificationẽ,& dicto. Quod ore ſumpſimus Dñe.&c. Purificat calicẽ, abluit digitos,legit communionem; & miſſam proſequitur.

In miſſis priuatis,aut aliâs,ſi cõmunio nõ eſt generalis,facta cõfeſſione ab ijs qui ſunt communicaturi, vel à miniſtris, & dicto per celebrantẽ. Miſereatur veſtri, &c. & Indulgentiã,&c. & Dñe nõ ſum dignus, vt ſupra: cõmunicant,primo viri,deinde fœminæ(vbi commode id fieri poteſt)dicẽte Sacerdote,ſingulis. Corpus Dñi noſtri.&c. Poſtea fit purificatio cõmunicantium, prębẽte ablutionẽ miniſtro,nõ in calice,ſed in alio vaſe.

# Ritus conferendi infirmis Eucharistiam.

CVM Sacerdos deferre debet ad infirmum ſacrum Christi corpus; poſtquam ipſe infirmus confeſſus fuerit ſua peccata, hortetur eũ, vt (ſi opus ſit) cõdat teſtamentũ, poſtea iubeat pulſari campanã ad conuocandum populũ, vt comitetur corpus Christi: & cubiculũ infirmi mũdari, & cõponi: altareq́;, ſeu menſam ſterni, coopertã mappa mũdiſſima; ſuper quã reponenda eſt cuſtodia corporis Christi. Congregatis igitur qui comitari debẽt; & intortijs, vel luminaribus accenſis; Sacerdos lotis primũ manibus, indutus amictu, alba, & ſtola ſeu ſuperpelliceo, ſtola, & pluuiali albi coloris, oblõgo, ſeu breui, dicat ante altare. **In nomine Patris, & Filij. &c, Introibo. &c, Cõfiteor.** Vt in miſſali. Quod ſi eo ipſo tẽpore miſſa ſit finita: prætermittitur cõfeſſio, cũ Pſalmo. Deinde accedens ad altare, genu flectit, accipit calicẽ, ſiue cuſtodiam, in qua ponit hoſtiã maiuſculam, quã populo oſtenſurus eſt; ſimulq́; vnã aliã minorem, aut plures, iuxta numerũ infirmorũ, qui ſunt cõmunicaturi. Super calicem, patenã ponit, tegitq́; velo ſerico, obſeruet vt in ſacrario Eccleſiæ ſemper maneat Christi corpus, vt ab ingredientibus adoretur. Sacerdos igitur incedat, habens pannum ſericum longum ſuper ſcapulas, & humeros, portetq́; corpus Domini ante pectus eleuatum, cum omni reuerentia, & timore. Præcedãt miniſtri duo, ſuperpelliceis induti, & alij cum cru- *De celeb. miſſæ. c. ſane.*

ce,& campanula:& aqua benedicta aſperſio fiat,lumine ſemper præcedente:deferatur vmbella, ſeu pallium ſuper corpus Domini,& Sacerdotem. Intereundũ, recitet alternatim cum miniſtris Pſalmum. Miſerere. ſine cantu, aut Pſalmos pœnitentiales, vel officiũ paruũ Beatæ Mariæ. Cum peruentum fuerit ad domum vbi iacet ægrotus, Sacerdos ingreſſus cubiculum, dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et depoſito calice, ſeu cuſtodia, ſuper menſam, genu flectit Sacramento, ſurgit, aſpergit ægrotum in modum crucis: poſtea circunſtantes, aqua benedicta: dicẽs Antiphonam. Aſperges me Domine hyſſopo,& mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. ℣. Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiã tuam. ℣. Gloria Patri & Filio. ℟. Sicut erat in principio, & nunc. Et repetitur Antiphona. Aſperges me Domine hyſſopo,& mundabor. &c.

Deinde dicat infirmus pro peccatis quotidianis, & leuioribus. Cõfiteor Deo omnipotẽti. &c. Vt in Miſſali: vel lingua vulgari, vt ſup. fol.67. adiuuante Sacerdote, vel miniſtro. Tunc Sacerdos dicit. Miſereatur,&c. Indulgentiam. Poſtea dicat abſolute hanc orationem.

Dominus Ieſus Chriſtus, qui dixit diſcipulis ſuis, quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo,& quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo, de quorum numero quamuis indignos nos eſſe voluit; ipſe te abſoluat, ab omnibus peccatis, quæcunque cogitatione, locutione, operatione egiſti,

& à

& à nexibus peccatorũ abſolutũ, perducere dignetur ad regna cælorũ, qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, in ſęcula ſęculorũ. Amẽ Deinde infirmus eãdẽ fidẽ cõfiteatur, quã profeſſus eſt in baptiſmo, reſpõdendo ad interrogationes. Sacerdos ergo crucẽ manu tenẽs, quærit, vulgari ſermone. Credis in Deũ Patrẽ omnipotentẽ, creatorẽ cęli, & terrę, viſibiliũ, & inuiſibiliũ? ℞. Credo. Sac. Credis in Ieſum Chriſtũ filiũ eius vnicũ? ℞. Credo. Sac. Credis in Spiritũ ſanctũ? ℞. Credo. Sac. Credis quod Pater, & Filius, & Spirit⁹ ſanctus, ſunt tres perſonæ, & vnus verus Deus? ℞. Credo. Sacer. Credis quod Dñs noſter Ieſus Chriſtus, quatenus homo, cõceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex glorioſa beata Maria, ipſa virgine permanẽte, ante partũ, in partu, & poſt partũ? ℞. Credo. Sac. Credis quod paſſus eſt, crucifixus, & mortuus, pro noſtra omniumq; ſalute? ℞. Credo. Sac. Credis quod ſepultus eſt; & deſcẽdit ad inferos; atq; inde animas ſanctorũ eduxit, quæ expectabãt ſanctũ eius aduentũ? ℞. Credo. Sac. Credis quod tertia die reſurrexit à mortuis; aſcẽdit ad cęlos; ſedet ad dexterã patris; & inde vẽturus eſt in fine mũdi, iudicare viuos, & mortuos? ℞. Credo. Sac. Credis quod omnes ſumus reſurrecturi, in proprijs corporib⁹, vt referat vnuſquiſq; pręmium, aut ſuppliciũ, prout geſſit in corpore? ℞. Credo. Poſtea offerat infirmo crucẽ, vt oſculetur eã, dicẽs. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi; quia per ſanctã crucẽ tuã redemiſti mũdum. Poſtea Sacerdos accedit ad mẽſam, genuflectit, accipit corpus Chriſti, & oſten-

dit illud ijs qui adſunt; & rurſus interroget infirmũ dicẽs. Supereſt, vt cõfitearis ſanctę Eccleſię Catholicę Sacramẽta, per quę ſalutẽ cõſequimur. Credis quod in Eccleſia Catholica, quę eſt vnio fideliũ Chriſtianorũ per baptiſmũ, & cętera ſacramẽta, remittũt nobis peccata, & inſtituimur hęredes vitę ęternę? ℟. Credo. Sac. Credis quod vi verborũ cõſecrationis, quæ Chriſtus dixit in vltima cœna, & quiuis Sacerdos ritè ordinatus, quãtũuis peccator, & indignus profert, cõuertitur ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtãtia vini in eius ſanguinẽ. Et quod ego nũc meis manibus teneo, eſt verũ corpus Chriſti? ℟. Credo. Sac. Ad hęc, remittis ex animo, omnibus qui tibi iniuriã, aut moleſtiã intulerũt? ℟. Remitto. Sac. Poſtulas etiã veniã ab ijs, quos aliquãdo verbo, aut facto offendiſti? ℟. Poſtulo. Prędictę interrogationes poſſunt redigi ad minorẽ numerũ, pro tẽporis neceſſitate. Deinde dicit Sacerdos cũ infirmo, ter. Dñe nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ; ſed tãtum dic verbo, & ſanabitur anima mea. Deinde Sacerdos porrigẽs corpus Dñi infirmo, dicat. Accipe frater, vel, ſoror, viaticũ corporis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat ad vitã ęternam. ℟. Amẽ. Et poſtquã infirmus cõmunicauit, Sacerdos dicit. Corpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animã tuã in vitã ęternã. Amẽ. Poſtea abluat digitos ſuper calicẽ, vino, & aqua, vel alterutro; & præbeat infirmo nihil dicens. Poſt viatici ſumptionem, Sacerdos dicat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oremus.



Digitized by Google

Dn̄e ſancte, Pater omnipotēs, æterne Deus, fideliter deprecamur: vt accipiēti fratri noſtro ſacroſanctū corpus Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti filij tui, tā corporis, quā animæ, proſit ad remediū ſempiternū. Amē. Si infirmus ob aliquod impedimentū nō eſt cōmunicaturus; adoret ſanctiſſimū Sacramētū, quod Sacerdos (vt dictū eſt) teneat in manibus; & dicat. Adoro te corpus Saluatoris mei Ieſu Chriſti, & benedico tibi, quia per ſanctā crucē tuā, redemiſti mūdū. Dn̄e redime animā meā. Sacerdos cōmunione facta verbis ſuauibus admoneat infirmū, vt petat Sacramentū extremæ vnctionis. Tūc Sacerdos genuflectit, accipitq; cuſtodiā corporis Chriſti: & eodē ordine in eccleſiā reuertātur, quo venerāt: dicēdo Pſalmū, Miſerere mei Deus. vel alios Pſalmos, vt ſupra. Veniēs igitur Sacerdos ad Eccleſiā; ponit in medio altaris corpus Chriſti, genuflectit, ſurgit, & cōuertit ſe in cornu Epiſtolæ ad eos qui Sacramentū comitati ſunt, genuflexos; & faciat confeſſionē breuē, & abſolutionē, annunciatque eis indulgentias: hoc modo, ſermone vulgari. Quicunq; comitati eſtis ſanctiſſimū Chriſti corpus, feciſtis opus miſericordiæ, viſitādo infirmū: inſuper cōſecuti eſtis indulgentiā centū dierum: qui vero detuliſtis cereos accenſos, ducentorum dierum. Gregorius Papa XIII. conceſſit confratribus ſanctiſſimi Sacramenti, & alijs Chriſti fidelibus, vtriuſque ſexus, ſanctiſſimum Sacramentum, dum ad ægros defertur comitantibus; & ijs qui facere impediti, ad ſonum paruæ campanæ genuflexi, ſemel orationem Dominicam recitauerint,

*Ex bulla Mineruæ Pauli Papæ III. & Greg. XIII.*

& pro

& pro infirmo orauerint, quoties id fecerint centũ dies indulgẽtiæ. Deinde oſtendit Sacerdos populo corpus Chriſti, hoſtiã ſuper patenã inter primos digitos tenẽs, circulo quodã vertẽs ſe ad ipſum. Interim à clericis, ſiue miniſtris cãtatur Verſus, Hymni. Tantum ergo Sacramentũ, veneremur cernui. &c. ℣. Panẽ de cælo præſtitiſti eis. ℟. Omne delectamentum in ſe habentem. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui nobis, ſub ſacramẽto mirabili, paſſionis tuæ memoriã reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari; vt redẽptionis tuæ fructũ in nobis, iugiter ſentiamus, qui viuis, & regnas, in ſęcula ſęculorũ. ℟. Amẽ. His finitis, reponit Sacramentũ in ſacrario: & benedicit populo, dicẽs: Benedictio Dei Patris ✠ omnipotẽtis, & filij, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Tẽpore interdicti, Euchariſtia defertur ad infirmos ſolẽniter, vt prius: hoc excepto, ꝙ Sacerdos intereũdũ nõ dicit officiũ ordinatũ, ſed Pſalmos ad libitũ, & in fine, ſacramẽtũ ſine cãtu oſtẽdit, & cãpana ſolẽniter nõ pulſat.

## Quæ ſunt dicenda vulgari ſermone.

### Interrogationes.

SAcer. Creeys en Dios Padre todo poderoſo, criador del cielo, y đla tierra: delas coſas viſibles, e inuiſibles? ℟. Si creo. Sac. Creeys en Ieſu Chriſto ſu vnico hijo? ℟. Si creo. Sac. Creeys enel Spiritu ſancto? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ Padre, y Hijo, y Spiritu ſancto ſon tres perſo-

nas,

Digitized by Google

nas,y vn ſolo Dios verdadero? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ nr̃o Señor Ieſu Chriſto en quãto hõbre,fue concebido por Spiritu ſancto,y naſcio de la Virgẽ ſancta Maria,q̃dãdo ella Virgẽ antes del parto,y en el parto,y deſpues del parto? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ padecio,y fue crucificado, y muerto por ſaluar los peccadores? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ fue ſepultado,y deſcẽdio a los infiernos, de adõde ſaco las animas de los ſanctos padres,q̃ eſtauã eſperãdo ſu ſancto aduenimiẽto? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ al tercero dia reſuſcito de entre los muertos, ſubio a los cielos,y eſta aſſentado a la dieſtra de Dios padre,y d̃ alli ha de venir al fin del mũdo a juzgar los viuos,y a los muertos? ℟. Si creo. Sac. Creeys q̃ todos hemos de reſuſcitar en nueſtros proprios cuerpos, paraq̃ cada vno reciba galardon, o caſtigo conforme a ſus obras? ℟. Si creo. Sac. Reſta os de cõfeſſar los Sacramẽtos de la ſancta Igleſia Catholica,por los q̃les nos ſaluamos: Creeys q̃ en la Igleſia Catholica,q̃ es congregaciõ de los fieles Chriſtianos,por el baptiſmo,y por los otros Sacramentos,nos perdona Dios nueſtros peccados,y nos haze herederos de ſu reyno? ℟. Si creo. Sac. Creeys que por virtud de las palabras q̃ Chriſto dixo en la vltima cena, y qualquier Sacerdote rectamente ordenado,por peccador e indigno q̃ ſea,dize,ſe conuierte la ſubſtãcia del pã en cuerpo de Chriſto,y la ſubſtãcia del vino, en ſu ſangre,y q̃ eſto q̃ yo agora tẽgo en mis manos, es el verdadero cuerpo de nr̃o Señor Ieſu Chriſto? ℟. Si creo. Sac. Allẽde deſto perdonays de coraçõ,a todos los q̃ os han

hecho injuria, o algun peſar? ℞. Si perdono. Sac. Pedis anſi miſmo perdõ, a aquellos que en algun tiẽpo, aueys offendido, por palabra, o por obra? ℞. Si demãdo.

## Al tiempo del comulgar.

SEñor no ſoy digno, que entreys en mi morada: mas por vueſtra ſola palabra, mi anima ſera ſana. Si no uuiere de comulgar el enfermo, diga. Adoro te cuerpo de mi Señor Ieſu Chriſto, y bẽdigo te: que por tu ſancta cruz, redemiſte el mundo, Señor redime la mi anima.

## Para annunciar las indulgencias.

TOdos los q̃ aueys acõpañado el ſanctiſſimo Sacramento, q̃ es el verdadero cuerpo de nr̃o Señor Ieſu Chriſto, aueys cũplido vna obra de miſericordia, viſitãdo a eſte enfermo, anſi miſmo aueys ganado ciẽ dias de perdõ: los q̃ aueys traydo cãdelas encẽdidas, dozientos dias. Su ſãctidad del Papa Greg. XIII. cõcedio a los cofrades d̃l ſãctiſsimo Sacramẽto, y a los demas fieles d̃ Chriſto varones, y mugeres, q̃ acõpañarẽ el ſãctiſsimo Sacramẽto, quãdo ſe lleua a los enfermos; y a los q̃ eſtãdo impedidos, al ſonido de la cãpanilla, rezarẽ de rodillas vna vez la oraciõ del Pater noſter, y rogarẽ a Dios por el enfermo, quãtas vezes eſto hizierẽ, ciẽ dias de indulgẽcia. Anſi miſmo ſe digan los perdones q̃ el Prelado tuuiere cõcedidos a los q̃ acõpañan el ſanctiſsimo Sacramẽto.

## De Sacramento ordinis.

MOdũ, & rationẽ conferendi ordines (quoniã id Epiſcopalis muneris eſt) require in Pont. Rom.

DE

# DE SACRAMENTO MATRIMONII.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti Matrimonij.*

1 *ANtequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus feſtiuis, hoc eſt: qui ex præcepto Eccleſiæ obſeruantur, in Eccleſia intra miſſarum ſolennia, publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum. Quibus denũtiationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum; ad celebrationem matrimonij, in facie Eccleſiæ, procedatur.* Cõ. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matrimonij c. 1.

2 *Eſt autem proprius parochus, qui adeſſe debet, is in cuius parochia,*[a] *matrimonium celebratur, ſiue viri, ſiue fœminæ.*

3 *Irritum eſt matrimonium, quod contrahitur, aliter quã præſente*[b] *proprio parocho vel alio Sacerdote, de ipſius parochi, aut ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus.*

4 *Benedictio nuptiarũ à proprio*[c] *parocho fieri debet, vel ab alio Sacerdote, de ipſius parochi, aut ordinarij licentia.*

5 *A Dominica prima Aduentus, vſque in diem Epiphaniæ: & à feria quarta Cinerum, vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè, ſolennitates nuptiarum prohibentur: alijs temporibus permittuntur. Matrimonium autem, omni tempore contrahi*[d] *poteſt.*

6 *Spiritualis cognatio*[e] *tantum contrahitur ex baptiſmo, inter patrinos, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem: necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq; patrem, ac matrem. Ea vero cognatio quæ ex confir-*

[a] Congregatio Cõ. Triden. ſub Pio V. & ſub Gregorio XIII.
[b] Eadem ſeſſ. & c.
[c] Ibidem.
[d] De ferijs ca. capellanus.
[e] Eadem ſeſſ. c. 2.

*matione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiuſq́; patrem, ac matrem non egreditur.*

[a] Eadem ſeſſ. c. 3.

*7 Nullum[a] eſt impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vbi ſponſalia quacunque ratione, valida non erunt: vbi autem valida fuerint, primum gradum non excedit.*

[b] Eadem ſeſſ. c. 4. & declaratio Pij V.

*8 Impedimentum[b] quod propter affinitatem ex fornicatione contractum, inducitur, ad eos tantum qui primo, & ſecundo gradu coniunguntur, ſe extendit.*

[c] Eadem ſeſſ. c. 6.

*9 Nullum[c] poteſt conſiſtere matrimonium, inter raptorē, & raptam; quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit.*

Eadē ſeſſ. c. 7.

*10 Matrimonijs eorum, qui vagantur & incertas habēt ſedes: Parochi intereſſe non debent; niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint: et re ad ordinarium delata, ab eo licentiam faciendi obtinuerint.*

Eadē ſeſſ. c. 1.

*11 Hortandi ſunt coniuges, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem, ſua peccata confiteantur, et ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, piè accedant.*

Eadē ſeſſ. c. 1.

*12 Habeat parochus librum, in quo coniugum, & teſtium nomina diemq́;, & locum contracti matrimonij, ſcribat; quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Quod ſi Sacerdos alius, parochi loco interfuerit; tum eius nomē, tum illius cuius facultate factum eſt, ſcribatur in eodem libro.*

## Dē ritibus, & cærimonijs ad matrimonium adhibendis.

SAcerdos celebraturus matrimonium, indutus ſuperpelliceo, & ſtola albi coloris, in Eccleſia ſi id cō-

mode

modo fieri poſſit, celebret matrimoniũ; vel alias in loco honeſto. Poſtquam igitur ante ipſius conſpectũ acceſſerint ij qui matrimonium cõtrahere volunt, ſimul cũ duobus, aut tribus teſtibus, vt minimum, ſtante viro ad dexterã, muliere vero ad ſiniſtrã, Sacerdos cõuerſus ad eos, primum exponat fructus Sacramenti matrimonij, vulgari ſermone, iuxta præſcriptũ Cõcilij Tridentinij. *Seſſ. 24. de refor. c. 7.*

## Fructus, ſeu effectus Sacramenti matrimonij, ex Diuo Aug. libr. de nuptijs, & concupiſc. Cap. 10.

NOn tantum pudicitia, cuius vinculum eſt fides, verumetiam quoddam Sacramentum nuptiarũ, commendatur fidelibus coniugatis, vnde dicit Apoſtolus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Huius proculdubio Sacramẽti res eſt, vt mas, & fœmina connubio copulati, quãdiu viuunt, inſeparabiliter perſeuerent: nec liceat excepta cauſa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi. Hoc enim cuſtoditur in Chriſto, & Eccleſia; vt viuens cum viuente, in æternum, nullo diuortio ſeparetur. Cuius Sacramenti tanta obſeruatio eſt in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius, hoc eſt in Eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus coniugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, vt cum filiorum procreandorum cauſa, vel nubant fœminæ, vel ducant vxores, nec ſterilem vxorem fas ſit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquã fecerit, non lege huius ſæculi, vbi interueniẽte repudio,

ſine crimine conceditur, cum alijs alia copulare repudia. Quod & ſanctum Moyſen, Dominus, propter duritiam cordis illorum, Iſraelitis permiſiſſe teſtatur; ſed lege Euangelij, reus eſt adulterij ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit. Et vſque adeò manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum; vt potius ſint inter ſe coniuges, qui ab alterutro ſeparati ſunt, quam cum his, quibus alijs adhæſerunt. Cum alijs quippe, adulteri non eſſent, niſi ad alterutrum coniuges permanerent. Denique mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non poteſt, cum quo prius adulteriũ fuit: ita inter viuentes manet quoddam vinculum coniugale, quod nec ſeparatio, nec cum altero copulatio, poſſit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis; ſicut apoſtata anima, velut de coniugio Chriſti recedens, etiam fide perdita, Sacramẽtum fidei nõ amittit, quod lauacro regenerationis accepit; redderetur enim proculdubio redeunti, ſi amiſiſſet, abſcedens. Habet autem hoc qui receſſerit, ad cumulum ſupplicij; non ad meritum præmij.

## Admonitio ex Catechiſmo Romano.

MAtrimonium (fratres) contrahitis, conſeruationi humani generis neceſſarium; ſingulis (niſi quid prohibeat) conceſſum; à Deo in paradyſo inſtitutum; Chriſti Redẽptoris noſtri prçſentia ſanctificatum; vnũ ex ſeptem Sacramẽtis Eccleſiæ: ſignificatione magnũ, virtute, dignitateq; non exiguũ. Puris conſcientijs cõ-

trahen-

trahentibus, gratiã confert, qua ſuperent omnes difficultates, quibus per totã vitã cõiugati obnoxij ſunt: impleant Chriſtianorũ coniugum officiũ, & partes. Finis ergo ad quem actiones veſtræ referẽdæ ſunt, eſt à vobis diligenter conſiderandus. Procreãdæ primum ſobolis cauſa; hoc Sacramẽtum inſtitutum eſt; nõ tã vt bonorum, quam fidei religionis, & virtutum hæredes relinquatis; curandũ. Deinde ad ſubleuandũ alterna ope, vitæ incommoda, ſenectutis imbecillitatem. Sic igitur vitã inſtituite, vt ſolatio inter vos ſitis, moleſtiæ occaſiones omnes præſcindantur. Nuptiæ demum conceſſæ ſunt, vt propter fornicationem vitandam, vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat, & vnaquæq; virum ſuũ. Quod vt eſt humanę imbecillitati condonatum; ita cauendum, ne ex ſancto coniugio voluptatem tãtum expetatis; neq; ſinatis eam, extra coniugij fines vagari; quod fides inter coniuges data poſtulat; nam inito cõiugio (vt Apoſtolus ait) neque vir, neq; fœmina, ſui corporis poteſtatẽ habet; grauiſſimaq; proinde ſupplicia, & olim adulteri dabant, & nunc dabunt Deo Sacramentorum ſanctitatis vindici. Poſtulat Sacramẽti dignitas, quod Chriſti, & Eccleſiæ coniunctionem ſignificat, vt vos inuicẽ ametis, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Vxori (tu ſponſe) compatiere, tanquam infirmiori vaſculo, ſociã dabimus, non famulam. Sic enim Adamus Euam de ipſius latere, huius rei argumento formatam, ſociam vocauit. Familiæ ſuſtentandæ cauſa, aliqua re honeſta occupabere, rei familiaris conſeruandæ ſtudio; ſimul

& ocij vitandi, vnde omnia mala fluxerunt. Marito (tu ſponſa) ſubiecta eris, in omnibus: ornatum corporis nimium contemnes, præ virtutum pulchritudine: rem domeſticam diligenter conſeruabis; domi te continebis, niſi neceſsitas cogat exire, idque viri permiſſu. Eſto velut hortus concluſus, & fons ſignatus, pudicitiæ laude. Neminem, ſecundum Deum, neque magis amare, neq; pluris facere debet, quam cõiugem coniux. Quocirca omnibus in rebus, quæ pietati non aduerſantur, morẽ inter vos gerite; fœmina obtẽperet, obſequatur. Vir ſæpe, pacis ſtudio, de imperandi nonnihil remittat poteſtate. Atque illud in primis cogitate, de veſtra filiorum, ac totius familiæ vita; Deo reddendam eſſe rationem. Domeſticis ergo inſtituendis in timore Dei, diligentẽ curam impendite. Sãcti eſtote vos, & domus veſtra vniuerſa; quoniam ſanctus eſt Dñs Deus noſter. Ipſe numeroſa prole vos augeat; & poſt huius vitæ curſum, æternam felicitatẽ cõcedat; qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

## Eadem admonitio, ſermone vulgari.

MIrad hermanos, que celebrays el Sacramento del matrimonio, que es para la conſeruacion del genero humano neceſſario; y a todos ſino tienen algũ impedimento, les es concedido. Fue inſtituydo por nueſtro Dios en el parayſo terrenal; y ſanctificado con la real preſencia de Chriſto Redemptor nueſtro. Es vno de los ſiete Sacramentos de la Igleſia, en la ſignificaciõ

grande,

Digitized by Google

grande,y en la virtud,y dignidad no pequeño. Da gracia à los que contrahen con puras conſciencias,con la qual ſobrepujan las difficultades y peſadumbres a que eſtan los caſados ſugetos, por todo el diſcurſo de la vida:y paraque cumplan con el officio de caſados Chriſtianos; y ſatisfagan a la obligacion, que an tomado a ſu cargo. Aueys de conſiderar diligentemente el fin a que aueys de endereçar todas las obras de la vida.Porq̃ lo primero,eſte Sacramento ſe inſtituyo para tener ſucceſſion;y que procureys dexar herederos, no tanto de vueſtros bienes,quanto de vueſtra fe,religion,y virtud; y paraque os ayudeys el vno al otro,a lleuar las incommodidades de la vida,y flaqueza de la vejez. Ordenad pues anſi la vida,que os ſeays deſcanſo,y aliuio el vno al otro; cercenando todas las occaſiones de diſguſtos, y moleſtias.Finalmente el matrimonio fue dado a los hõbres, paraque huyeſſen de la fornicacion, teniendo el marido ſu muger, y la muger ſu varon. Por lo qual os haueys de guardar mucho,de no eſtragar el ſancto caſamiento, trocando la conceſſiõ de la flaqueza, en ſolo deleyte; no apeteciendole fuera de los fines del matrimonio: como lo demanda la fe, que el vno al otro os aueys dado. Porque celebrado el matrimonio (como dize el Apoſtol) ni el varon, ni la muger tienen ſeñorio ſobre ſu cuerpo. Y anſi antiguamente los adulteros erã caſtigados con ſeueriſſimas penas; y aora lo ſeran de Dios,q̃ es el vẽgador de los agrauios, y deſacatos que ſe hazen a la pureza de los Sacramentos. Pide la dignidad

de eſte, que ſignifica la communion de Chriſto con la Igleſia, que os ameys el vno al otro, como Chriſto amo a la Igleſia. Vos (varon) compadeceos de vueſtra muger, como de vaſo mas flaco: compañera os daremos, y no ſierua. Aſſi Adan nueſtro primer padre, a Eua formada de ſu lado, en argumento deſto, la llamo compañera. Occupareys os en exercicios honeſtos, para ſuſtentar vueſtra caſa, y familia: aſſi para conſeruar vueſtro patrimonio, como para huyr el ocio q̃ es la fuente y rayz de todos los males. Vos (eſpoſa) haueys de eſtar ſugeta a vueſtro marido, en todo; deſpreciareys el demaſiado, y ſuperfluo ornato del cuerpo, en comparacion de la hermoſura de la virtud. Con gran diligencia haueys de guardar la hazienda; no ſaldreys de caſa ſi la neceſſidad no os lleuare; y eſto con licencia de vueſtro marido: ſed como vergel cerrado, fuente ſellada, por la virtud de la caſtidad. A nadie (deſpues de Dios) ni ha de amar mas, ni eſtimar mas la muger que a ſu marido, ni el marido mas que a ſu muger. Y anſi en todas las coſas que no contradizen a la piedad Chriſtiana, ſe procurẽ agradar. La muger conceda cõ ſu marido, y ſiga ſu parecer; el varõ por tener paz, muchas vezes pierda de ſu derecho y auctoridad. Sobre todo penſad, como aueys de dar cuenta a Dios de vueſtra vida, y de la de vueſtros hijos, y de toda la familia. Tened el vno, y el otro gran cuydado de enſeñar a los de vueſtra caſa en el temor de Dios. Sed voſotros ſanctos, y toda vueſtra caſa, pues es ſancto nueſtro Dios, y Señor, el qual os acreciente con

gran ſuccesſion, y deſpues del curſo deſta vida, os de la eterna felicidad, el que con el Padre, y cõ el Spiritu ſancto biue, y reyna en los ſiglos de los ſiglos. Amen.

## His expoſitis, Sacerdos alloquitur contrahentes, & teſtes, in hunc modum.

OBteſtor & præcipio vobis, vt ſi cui vos impedimẽto obnoxios ſentitis, quominus matrimonium hoc contrahi, firmumq́ue, ac ratum haberi poſsit; putà ſi conſanguinitatis, aut affinitatis, cognationis ſpiritualis, aut publicæ honeſtatis, vinculum aliquod vos prohibet; ſi vos voto caſtitatis, aut religionis obſtrinxiſtis; vel aliquis veſtrum lege ſponſalium, aut matrimonij cum alio, vel alia tenetur: denique ſi quod aliud impedimentum remoratur; vos liberè, & ingenuè hîc ſtatim profiteamini. Idem & aſtantibus impero. Iterũ ac tertio obteſtor vos, vt ſi quod eſt impedimentum, libere detegatis.

Quibus reſpondentibus quod non eſt aliquod impedimentum, quod prohibeat: Sacerdos interrogato nomine vtriuſque, dicat ſponſæ.

Domina N. placet tibi accipere dominum N. in tuum legitimum ſponſum, & maritum, per verba de pręſenti, ſicut pręcipit ſancta Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia? qua dicente, placet Domine. Sacerdos dicit. Fateris te velle eſſe ſponſam eius, & vxorem? ℟. Fateor. & Sacer. Recipis eum in ſponſum, & maritũ? ℟. Recipio. Statim Sacerdos dicit ſponſo. Dñe N. placet

tibi accipere dominam N. in tuam legitimã ſponſam, & vxorem, per verba de præſenti, ſicut præcipit ſancta Romana, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia? quo dicẽte placet Domine. Sacer. dicit Fateris te ipſius eſſe ſpõſum, & virum? Reſpon. Fateor. & Sace. Recipis ipſam in ſponſam & vxorem? Et illo dicente Recipio. Sacerdos ponat manum dexteram ſponſi, ſuper manũ dexteram ſponſæ, & dicat. Ego vos in matrimonium cõiungo. Et ſignum crucis ſuper vtrumque producens, dicat. In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen. Vel ſubſcriptis verbis vtatur, iuxta receptum diœceſis ritum. Et ego ex parte Dei omnipotentis, & Apoſtolorũ Petri, & Pauli, & ſanctæ matris Eccleſiæ, vos matrimonio coniungo, & iſtud Sacramentum inter vos firmo, in nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et aſpergat eos aqua benedicta. Continuo Sacerdos hortetur coniuges, vt ante benedictionem Sacerdotalem, in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent.

*Con. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matrim.*

## El orden de celebrar el matrimonio, en lengua Caſtellana.

Yo os requiero, y mando, que ſi os ſentis tener algun impedimento, por donde eſte matrimonio, no pueda, ni deua ſer contrahido, ni ſer firme, y legitimo.

Conuie-

Conuiene a ſaber, ſi ay entre voſotros impedimento de conſanguinidad, o affinidad, o ſpiritual parenteſco, o de publica honeſtidad, ſi eſta ligado alguno de voſotros con voto de caſtidad, o religion, o con deſpoſorios, o matrimonio con otra perſona. Finalmente ſi ay entre voſotros algun otro impedimento, que luego, claramente, lo manifeſteys. Lo miſmo mando a los que eſtan preſentes. Segunda, y tercera vez os requiero, que ſi ſabeys algun impedimẽto, lo manifeſteys libremente. El Sacerdote diga.

Señora N. quereys al ſeñor N. por vueſtro legitimo eſpoſo, y marido, por palabras de preſente, como lo manda la ſancta Catholica, y Apoſtolica Igleſia Romana? Reſp. Si quiero. Sacerdo. Otorgays os por ſu eſpoſa y muger?

℟.Si otorgo. Sac.Recebis le por vueſtro eſpoſo, y marido? Reſ. Si recibo.
Luego el Sacerdote pregunta al eſpoſo.
Señor N. quereys a la Señora N. por vueſtra legitima eſpoſa y muger, por palabras de preſente, como lo manda la ſancta Catholica, y Apoſtolica Igleſia Romana? ℟. Si quiero. Sac. Otorgays os por ſu eſpoſo, y marido? ℟. Si otorgo. Sacer. Recebis la por vueſtra eſpoſa, y muger? ℟. Si recibo. Sace. Y yo de parte de Dios todo poderoſo, y de los bienauenturados Apoſtolos, ſanct Pedro, y ſanct Pablo, y de la ſancta madre Igleſia, os deſpoſo, y eſte Sacramento entre voſotros confirmo: en el nombre del Padre, ✠ y del Hijo, y del Spiritu ſancto. Amen.
Ritus, & cerimoniȩ benedictionis nuptialis, & Miſſæ pro ſponſo, & ſponſa.

Quum

QVum ſponſi volunt poſt contractum matrimonium, benedictionem Miſſæ nuptialis accipere, conſtitutis ipſis ante fores Eccleſiæ, Sacerdos accedit ad eos, indutus amictu, alba, ſtola, & pluuiali albi coloris, præcedentibus miniſtris, cum cruce, & aſperſorio. Primum computet arras, quæ ſolet eſſe tredecim nummi, quibus in patella poſitis, ſimul cum duobus annulis aureis, vel argenteis, facit benedictionem arrarum, & annulorum. Hoc modo.

## Benedictio arrarum.

Ver. Adiutorium noſtrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cælum & terrã. Ver. Sit nomen Dñi benedictum. Reſ. Ex hoc, nunc, & vſque in ſæculũ. Ver. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. &c. Verſ. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Benedic Domine has arras, quas hodie tradit famulus tuus hic, in manum ancillæ tuæ: quemadmodum benedixiſti Abraham cum Sara, Iſaac cũ Rebecca, Iacob cum Rachel: dona ſuper eos

gratiam ſalutis tuę, abundantiam rerũ, & conſtantiam operum, floreſcant ſicut roſa in Hierico plantata, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ timeant, & adorent ipſum, qui trinum poſsidet nomen, cuius Regnum & Imperium ſine fine permanet, in ſęcula ſęculorũ.
℞. Amen. Oremus.
Domine Deus omnipotens, qui in ſimilitudinem ſancti connubij, Iſaac cũ Rebecca, per interceſsionem arrarũ, Abrahæ famuli tui, copulari iuſsiſti, vt oblatione munerum, numeroſitas creſceret filiorum, quęſumus omnipotentiam tuam, vt ad hanc oblationẽ arrarũ, (quas hic famulus tuus, dilectæ ſuæ ſponſæ offerre procurat) ſanctificator accedas: eoſque cum ſuis muneribus, propitius benedi ✠ cas: quatenus tua bene ✠ dictione protecti, & inuicem

dilectio-

Digitized by Google

dilectionis vinculo innexi; gaudeat feliciter, cum tuis fidelibus perenniter mancipati. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Benedictio annulorum.

Benedic Domine hos annulos, quos in tuo nomine benedicimus: vt qui eos portauerint, in tua voluntate permaneant, & in amore tuo viuant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierũ. Per Chriſtũ. ℟. Amẽ. Oremus. Creator, & conſeruator generis humani, dator gratiæ ſpiritualis, largitor ęternæ ſalutis: tu Domine tuam mitte bene ✠ dictionem, ſuper hos annulos, vt qui hoc fidelitatis ſigno inſignitus inceſſerit, in virtute cęleſtis defenſionis, ad ęternam vitã ſibi proficiat. Per Chriſtum. Reſp. Amen. Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat & maneat

ſuper hos annulos,&has arras. ℟. Amẽ.

Et aſpergat Sacerdos annulos, arras, & circumſtantes, aqua benedicta. Deinde Sacerdos, accipit alterum annulum, inter primos tres digitos; dicens.

Benedic ✠ Domine hunc annulum, vt eius figura pudicitiam cuſtodiat.

Et infigit illum in digitum quartum dexteræ manus ſponſi dicens.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Pari modo, alterum annulum accipit, & benedicit, vt ſupra: & tradit eum ſponſo: qui accipiens illum tribus digitis, infigit illum in quarto digito manus dexteræ, ipſius ſponſæ. Mox iunctis manibus ſponſæ inferius, & deſuper manibus ſponſi: ſponſus demittat arras in manus ſponſæ; dicens hæc verba, præeunte Sacerdote.

Sponſa, hunc annulum, & has arras tibi dono, in ſignum matrimonij. Eſpoſa eſte anillo y arras os doy, en ſeñal de matrimonio. Reſpondeat illa. Ego recipio. Yo lo recibo.

Et deponit arras in patellam. Deinde dicit Sacerdos.

Verſ. Manda Deus virtuti tuæ, confir-

ma

ma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Verſ. A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent Reges munera. Verſ. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum, in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati ſunt argento. Ver. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſęcula ſæculorum. Amen, Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ver. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. Ver. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. Ver. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: Bene✠dic coniuges iſtos, & ſemina ſemen vitæ in mentibus eorum:

vt quicquid maieſtati tuæ, gratum eſſe intellexerint: opere compleant. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos apprehendẽs manum dexterã vtriuſq; coniugis, introducat eos in Eccleſiam, dicens, Pſal. 127.

Beati omnes qui timẽt Dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuũ tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abũdans: in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellę oliuarum, in circuitu mẽſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem: omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat. &c.

Cũ peruenerint ad altare, flectunt genua; & Sacerdos conuerſus ad eos, dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie

eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Verſ. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Benedicat Deus veſtri oris eloquia. Amē. Cor veſtrum ſynceri amoris copulet nexu perpetuo. Amen. Floreatis cum præſentium copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum amicis. Amen. Tribuat vobis Dominus dona perennia, parentibus, & amicis feliciter dilatata, & cunctis gaudia ſempiterna. Amen. Oremus.

Benedicat vos Dominus cæleſtis gloriæ: Rex omnium ſanctorum. Amen. Detque vobis ſuæ dilectionis dulcedinem, & ſæculi præſentis felicitate lętari. Amen. Collato etiam gaudio filio-

rum, poſt diuturnum tempus, conferat habitaculum cæleſtium manſionũ, qui viuit & regnat Deus, in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

## Ritus, & cærimoniæ Miſſæ nuptialis.

His actis, Sacerdos deponit pluuiale, & accipit planetam, & manipulum albi coloris. Miſſa de nuptijs dicitur, vt habetur in Miſſali Romano, ex decreto Concilij Tridentini edito, quæ inſcribitur, Pro ſponſo & ſponſa; & incipit **Deus Iſrael coniungat vos.** Cum cæteris adiunctis. Si eo die officium fuerit duplex, ex ſolennioribus, hoc eſt, primæ, aut ſecundæ claſsis: Miſſa dicitur de feſto, cum commemoratione nuptiarum, additis etiam orationibus **Propitiare.** & **Deus qui poteſtate.** cum cæteris, ad nuptias pertinentibus. In hac Miſſa, quamquam votiua ſit, dici debet. **Gloria in excelſis.** Sed non dicitur **Credo.** Et in ea dicitur vna tantum oratio, niſi ſit Dominica. Dicto in Miſſa. **Pater noſter.** Antequam dicatur **Libera nos quæſumus Domine.** Sacerdote exiſtente, in cornu Epiſtolæ, conuerſo ad ſponſum, & ſponſam, ante altare genuflexos, ita quod ſponſa ſit à ſiniſtra ſponſi: Miniſter (vbi ſic fieri conſueuit) velet ſerico velamine, candido & purpureo, ſi commodè fieri poſsit, ſponſi ſcapulas, ſpõſæ vero ca-

put. Sed & mos eſt quibuſdam, iugale ponere ſuper humeris vtriuſque. Tunc Sacerdos dicit orationem. **Propitiare Dñe ſupplicationibus, &c.** vt in Miſſali: cum his quæ ſequuntur. Quibus dictis conuerſus ad mediũ altaris, accipit patenam, & dicit. **Libera nos, &c.** Frangit hoſtiam, more ſolito, & proſequitur Miſſam. Poſt **Ite Miſſa eſt.** & orationem adiunctam, miniſter aufert velamen, & iugale: Sacerdos oratione graui, admoneat coniugatos, vulgari ſermone in hunc modum.

Ya que aueys recebido las bẽdiciones, ſegun la coſtumbre de la Igleſia, lo que os amoneſto es, que os guardeys lealtad el vno al otro, y en tiẽpo de oraciõ, y mayormente de ayunos, y feſtiuidades, tengays caſtidad. El marido ame a la muger, y la muger al marido, y que permanezcays en el temor de Dios.

Poſtea aſpergat eos aqua benedicta, & det benedictionem, & dicat, vt ſolitum eſt, Euangelium S. Ioannis.

In principio erat verbũ, & verbũ. &c.

Et tradat ſponſam ſponſo, per manum dexteram, & dimittat eos in pace, dicens.

Sociam trado tibi, non ancillam, dili-

ge illam, ſicut Chriſtus diligit Eccleſiam. Hoc eſt. Compañera os doy; y no ſierua, amalda como Chriſto ama a ſu Igleſia.

## De ſecundis nuptijs.

De ſecundis nuptijs c. capellanũ.

SEcundæ nuptiæ, non ſunt benedicendæ. Illæ verò cenſentur ſecundæ (vt non benedicantur) quæ ſunt ſecundæ ex parte fœminę, quamuis ſint primæ ex parte viri. Nec refert, an ipſa vidua, ſecundo nubens, ſit virgo, vel non; ſed an ſit ſemel benedicta: vnde, quæ ſemel nupſit, ſed ante benedictiones receptas vidua facta eſt, cum poſtea iterum nubit, benedicenda eſt: & quæ ſemel eſt benedicta, non eſt iterum benedicenda. In eiuſmodi autem nuptijs, non benedicuntur nec dantur arræ, nec annuli; nec ponitur velamen, nec iugale; nec dicitur Miſſa de nuptijs; ſed duntaxat hæc fient. Sacerdos indutus, vt ſupra, accedit ad nubentes, exiſtentes in ingreſſu Eccleſiæ: & illis aſperſis aqua benedicta, introducit eos in Eccleſiam, dicendo Pſalmum.

Beati omnes qui timent Dominũ. &c.

Et ſtatim, prætermiſsis omnibus alijs, audiunt Miſſam (quæ pro illis dicenda eſt) ſemoti ab altari. Dicenda eſt Miſſa de officio occurrenti, ſi ſit feſtum duplex, aut dies Dominica. In alijs diebus poteſt dici Miſſa votiua, iuxta illorum deuotionem: dum modo non ſit Miſſa

ordinata

Digitized by Google

ordinata pro ſponſo, & ſponſa: nec in ea dicatur aliquid ex ijs, quæ ſunt inſerta in dicta Miſſa: & peracta Miſſa dicatur ſuper illos genuflexos ante altare, ſequẽs oratio. Oremus.

Reſpice Domine ſuper hanc coniunctionem tuam, vt ſicut miſiſti ſanctum Angelum tuum Raphaelẽ, pacificum Thobiæ, & Sarræ, filiæ Raguelis: ita digneris Domine mittere benedictionem tuam ſuper hos famulos tuos, vt in tua voluntate permaneãt, & in amore tuo viuant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c. Tho. 6.7.

Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

Et dicta ad eos exhortatione, vt ſupra, aſpergit eos aqua benedicta: & dicit.

Ite in pace.

# DE EXTREMA VNCTIONE.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti extremæ vnctionis.*

Cõ. Trid. I. ſeſſ. 14. c. 3. & can. 4. de extrema vnctione.

1 *MInister huius Sacramenti, eſt Sacerdos. Ex Eccleſiæ autem decreto, nõ cuilibet Sacerdoti, ſed proprio paſtori, qui iuriſdictionem habet, ſeu alteri cui ille eius muneris fungendi poteſtatem fecerit, hoc Sacramentum, adminiſtrare licet; qui cum verba formæ profert debet propria manu vngere infirmum.*

Con. Floren. de extrema vnctione.

2 *Hoc Sacramentum conferri debet infirmis, in periculo mortis conſtitutis; nec tamen obſeruari debet tempus, in quo ſit de ſalute infirmi deſperatum, ita vt ſenſibus carere incipiat; conſtat enim ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, ſi ægrotus liniatur cum in eo integra mens, & ratio vigent: vt fidem, & religioſam animi voluntatem afferat.*

Ex Cate.

3 *Nemini, qui graui morbo affectus non ſit, Sacramentũ vnctionis dare licet; quamuis periculum mortis adeat, vel quia periculoſam nauigationem paret, vel quia prælium initurus ſit, à quo certa mors illi impendeat, vel etiam ſi capitis damnatus, ad ſupplicium raperetur.*

Ex Cate.

4 *Illis qui ſenio deficiunt, cõcedenda eſt Sacramẽtalis vnctio; quia in huiuſmodi ſenibus, ipſa ſenectus, ægritudo eſt.*

5 *Pueri, qui carent vſu rationis, aut amentes qui ab ipſo ortu nunquam fuerunt mentis compotes; vngendi non ſunt: qua vero ætate pueris conceditur communio, vnctio quoque concedenda eſt.*

6 *Amen-*

6 *Amentes, & furioſi habentes interdum rationis vſum; ſi eo potiſſimum tempore, piam animi ſignificationem dederunt, aut petierunt, vt ſacro oleo vngerentur: poſtea licet in furorem, aut inſaniam incidant, vngendi ſunt.* Ex Catec.

7 *Licet Sacramentum extremæ vnctionis, regulariter poſt pœnitentiam, & Euchariſtiam miniſtrari debeat, ei tamen, qui ob inſaniam, furorem, vel alium morbum, hæc Sacramenta recipere non poteſt, conferenda eſt extrema vnctio, ſine præuia confeſſione, vel Euchariſtiæ ſumptione; quamuis ante quàm inſaniret, aut loquelam amitteret, nõ petierit: ſi tamen erat bonæ vitæ: quia non præſumitur immemor ſuæ ſalutis in morte, pluſquam in vita. Vnde præſumitur, quod petiuit, vel quod petiuiſſet, ſi aduertiſſet, & quod petere voluit, ſed non potuit. Si tamen erat excommunicatus, vel malæ vitæ notoriè, et non oſtendit ſigna pœnitentiæ; non debet ei dari.* Palud.

8 *Infirmus periculosè decumbens, ſemel vngendus eſt; quod ſi poſt ſuſceptam vnctionem conualuerit, quoties poſtea in idem vitæ diſcrimen inciderit, toties huius Sacramenti ſubſidio, iuuari poterit.* Con. Tri. ſeſſ. 14. c. 3. de extrema vnctione.

9 *Si ſacerdos intellexerit, mortem ægroto iam imminere; incipiat ab ipſis vnctionibus: quibus collatis, vel ſaltẽ quinque prioribus; Presbyteri animus quieſcat, quod iam infirmus receperit ſacramentum: ſi vero infirmus adhuc vixerit, tunc presbyter cætera omnia exequetur. Si æger ante officij abſolutionem moriatur; fiat ſtatim animæ commendatio, dicendo: Subuenite ſancti Dei, vt in Breuiario.* S. Tho. 4. d. 23. q. 2. art. 3. q. 1.

10 *Si dubitetur, an infirmus viuus, an mortuus ſit; tunc*

*vngat eum, hac conditionali forma. Si viuus es, per iſtam ſanctam vnctionem. &c.*

*11 Vngi debent eæ partes corporis, quæ ſunt ſenſuum inſtrumenta: videlicet oculi, propter viſum: aures, propter auditum: nares, propter odoratum: os, propter guſtum, vel ſermonem: & manus, propter tactum: nam hunc vngendi ritum vniuerſalis Eccleſia retinet. Lumbi etiam vnguntur tam in viro, quam in fœmina, veluti voluptatis, & libidinis ſedes: tum pedes, qui nobis ingreſſus, & mouendi ad locum inſtrumentum ſunt. Vnctio lumborum prætermittatur; quando (iudicio medici) periculum vitæ immineret infirmo, ſi tunc eius corpus volueretur.*

Palud.

*12 Cum infirmus non habet pedes, aut manus: Sacerdos vngat locum propiorem manibus, aut pedibus. Palmæ manuum vngendæ ſunt; etiam ſi vngendus ſit Sacerdos, vel etiam Epiſcopus.*

De pœn. & remiſ. c. quod in te.

*13 Extrema vnctio, tempore interdicti, conferri non debet, niſi adſit priuilegium auctoritaſue interdicentis.*

## De ritibus, & cærimonijs ad Sacramentum extremæ vnctionis adhibendis.

De verb. ſignif. c. quæſiuit.

SAcerdos hoc Sacramentum adminiſtraturus, indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacei coloris, procedat cum miniſtris, & presbyteris (ſi adſint) alioqui ſolus infirmum vngere poteſt: cũ lumine, cruce, & aſperſorio: ipſe vero ferat in manibus vas olei infirmorũ: alternatim dicendo Pſalmum. **Miſerere mei. &c.** Cumq; per-

uenerint

uenerint ad locum, vbi iacet ęgrotus dicat. ℣. **Pax huic domui.** ℟. **Et omnibus habitantibus in ea.** Tunc Sacerdos graui, & prudenti oratione, explicet res & effectus huius Sacramenti, ſi infirmus audire poſſit, habita temporis & ægritudinis ratione.

## Ex venerabili Beda in cap. 5. Iacobi.

INfirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, hoc & Apoſtolos feciſſe, in Euangelio diſcimus: & nunc Eccleſiæ conſuetudo tenet, vt infirmi oleo cōſecrato vngantur à preſbyteris; ſed oratione comitante, ſanentur. Quod tamen oleum, non niſi ab Epiſcopis licet confici, nam quod ait, oleum in nomine Domini, ſignificat oleum conſecratum in nomine Domini; vel certe quia etiam dum vngunt infirmum, nomen Domini ſuper eum inuocare debent. Et ſi in peccatis ſit, dimittuntur ei. Multi propter peccata in anima facta, infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Vnde Apoſtolus Corinthijs, qui corpus Domini percipere indigni ſoliti erāt, ait: ideo inter vos multi infirmi & imbecilles ſunt, & dormiunt multi. Si ergo infirmi in peccatis ſint, & hæc preſbyteris Eccleſiæ confeſſi fuerint; ac perfecto corde ea relinquere, atque emendare ſatagerint: dimittentur eis. Non enim ſine confeſſione emendationis, peccata queunt dimitti.

Admo-

## Admonitio ex Catechiſmo Romano.

DIuinæ voluntati morem gerere (frater aut ſoror) cæteris omnibus ſalutare eſt: tibi neceſſariũ; quò graui, & periculoſo morbo oppreſſus; ex diuina benignitate impetres, animæ primum, deinde etiam corporis incolumitatem: ſiquidem animæ ſaluti vtile futurum ſit. Commodato vitam accepimus, vt libenti animo cùm exigetur, eam reddamus. Quod ſi fortaſſis huius perſoluendi debiti, tuum tempus aduenit, lætare, te huius vitæ ærumnas euadere, & cum corporis ſarcina peccandi conſuetudinẽ deponere. Sacramentorũ certè præſidio munitus ex hac vita migrabis: quod magni beneficij loco ponere debes. Chriſti enim ſanguine toties inunctus, ornatuſq; es, quot Sacramenta ſuſcepiſti. Securus igitur, quantum humanæ conditionis fragilitas patitur, ad Deum ibis. Agnoſcent te Angeli, excipient beati, beata virgo Maria amplexabitur, atq; ad filium ſuum deducet, ipſius charactere inſignitũ. Olei ſancti vnctione, gratia augetur: venialia peccata condonantur: animæ languores, & peccatorum reliquiæ ſanantur, perfundimur ea lætitia, quam oleum ſignificat. Præcipuæ corporis partes vngentur; vt quod ſenſuum, & membrorum vitio peccatum eſt; diuina hac medicina curetur. Fortior euades, vt cum dæmone luctari poſsis, eiuſq; laqueos vitare: qui calcaneo inſidiari conſueuit. Fortaſsis etiam à morbo liberaberis; nimirũ, ſi expediat animæ ſaluti; nam ea vis huic Sacramento

indita eſt, vt Iacobus Apoſtolus ait. Cuius tamen, neque magnam ſpem habere debes, ne de animæ tuæ cura, quicquam remittas; neq; nullam, ne Sacramēti gratiam negligere videaris. Ea tantum fide, te vngendum præbe, qua olim, qui ab Apoſtolis erant ſanādi. Nec dubitare debes, quin ſanctas preces, quibus diuinam miſericordiam implorabimus; Eccleſiæ, & Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam gerentes, ille ſit exauditurus; cui nihil magis eſt cordi, quam fidelium ſalus. Ipſi honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

## Eadem admonitio vulgari ſermone.

HErmano, conformarſe con la voluntad de Dios, a todos es ſaludable conſejo; a vos agora es coſa neceſſaria: paraque eſtando como eſtays, opprimido de eſta graue, y peligroſa enfermedad; por la diuina benignidad, alcanceys ſalud primero del alma; deſpues del cuerpo, ſi fuere vtil para el alma. La vida recibimos preſtada, y anſi quando nos la piden, la auemos de boluer de buena gana; y ſi ſe os ha llegado el tiēpo de pagar eſta deuda, alegraos, que ſalis de los trabajos, y miſerias de la vida humana; y de que junto con la carga del cuerpo, dexays la coſtūbre de peccar. Paſſareys deſta vida, fauorecido con el ſocorro de los Sacramentos; lo qual aueys de eſtimar por gran merced. Quātas vezes aueys recebido los Sacramentos, tantas vezes aueys ſido vngido, y adornado con la ſangre de Chriſto nueſtro Señor. Seguro pues, quanto la humana fragilidad

puede

puede alcançar, ireys a el cielo. Conoceros han los Angeles: ſaldranos a recebir los bienauenturados; la bienauenturada virgen Maria nueſtra Señora os abraçara, y os lleuara a ſu hijo, con cuya ſeñal vos eſtays ſeñalado. Con la vnction de eſte ſancto oleo, la gracia ſe acrecienta; los peccados veniales ſe perdonan: las enfermedades del alma, y reliquias del peccado ſe ſanan; y hincheſe el alma de la alegria, que ſignifica el azeyte ſancto. Vngenſe las principales partes del cuerpo; porque las offenſas que ſe han hecho por vicio de los ſentidos, y de los miembros, ſe ſanen con eſta diuina medicina. Sale el hombre mas fuerte para luchar cõ el demonio, y para librarſe de ſus lazos: que ſiempre pone ſus mayores aſſechanças, al remate de la vida, y plazera a nueſtro Señor, que os libre de eſte mal, eſto ſera aſſi, ſi a vos os conuiene, para la ſalud de el alma, porque eſta virtud le es dada a eſte Sacramento, como dize el Apoſtol Sanctiago. Mas no aueys de tener eſperança grande, ni deſſeo de la vida; porque no afloxeys algo, en el cuydado que es razon tener, de la ſalud del alma, ni tãpoco aueys de eſtar deſcõfiado de ella; porque no parezca, que menoſprecieys la gracia de eſte Sacramento. Llegad con aquella fe, a ſer vngido, con que, los que para recebir ſalud, llegauan a los Apoſtoles. Y no dudeys, que las ſanctas oraciones cõ que inuocamos la diuina miſericordia, en perſona de la Igleſia, y de Chriſto nueſtro Señor: las oyga ſu diuina mageſtad, pues ninguna coſa mas deſſea, que la ſalud de los fieles, a el ſea honra, y gloria,

en los ſiglos de los ſiglos. Amen.

Deinde Sacerdos, in modum crucis, aſpergat ægrotũ, aqua benedicta, dicens Antiphonam.

Aſperges me Domine. Verſ. Miſerere mei Deus. &, Gloria Patri. &, Sicut erat. & repetita Aña. Aſperges me Domine. Accedens iuxta ęgrotum, dicat. Ver. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Dñi. ℞. Qui fecit cælum & terrã. Ver. Dñs vobiſcũ. ℞. Et cũ ſpiritu tuo. Oremꝰ.

Introeat Dñe Ieſu Chriſte domũ hãc, ſub noſtræ humilitatis ingreſſu, æterna fœlicitas, diuina proſperitas, ſerena lętitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus Dęmonum: adſint Angeli pacis: domumquè hanc deſerat, effugata diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos, nomen ſanctũ tuũ, & bene ✠ dic noſtrę cõuerſationi, & ſanctifica noſtræ humilitatis

ingreſſum: qui ſanct⁹, & pius es, & permanes cum patre, & ſpiritu ſancto in ſęcula ſęculorum. ℞. Amen. Oremus.

Deprecemur Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, vt bene ✠ dicendo benedicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonũ cuſtodem, & faciat eos ſibi ſeruire, ad conſiderandum mirabilia de lege ſua. Auertat ab eis omnes contrarias poteſtates, eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen. Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſi-

tet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Mox ægrotus, vel alius pro eo dicat, Confiteor Deo, &c. Latino vel vulgari ſermone, vt ſupra. Fol. 66. Tunc Sacerdos dicit, Miſereatur tui. &c. & Indulgentiam, abſolutionem. &c. & ſtatim abſolute dicat hanc precationem.

Deus omnipotens Saluator, & Redēptor generis humani, qui Apoſtolis ſuis dedit ligandi, atque ſoluendi poteſtatem, ipſe te abſoluere dignetur, à cunctis iniquitatibus tuis: & quantū meæ fragilitati permittitur, auxiliante ipſo, ſis abſolutus ante faciem illius. Qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorū. Amē.

Tunc presbyter & miniſtri, ſi adſint, dicant Pſalmos pœnitentiales; dum autem Pſalmi dicuntur, Sacerdos intincto pollice in oleo ſancto, peragat vnctiones. Poſſunt etiam Pſalmi legi, peractis vnctionibus. Sacerdos abſolute dicat hanc orationem. Oratio.

In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ſancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli, per impoſitionem manuum noſtrarum, imo per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omniū ſimul ſanctorū. ℟. Amē.

Deinde ægrotus inungitur in partibus ſubſcriptis, cū oleo ſancto, in modum crucis: & ad vnamquamque vnctionem, ſimul dicendo, & vngendo Sacerdos propriā orationem dicat, quæ eſt forma huius ſacramenti.

Primum, ad oculos.

Per iſtam ſanctam vncti ✠ onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per viſum. ℟. Amen.

Sacerdos, vel miniſtri cum ſtuppa locum inunctum tergant, reponentes eam in vaſe mundo: & ſic fiat per ſingulas vnctiones.

Ad aures.

Per iſtam ſanctam vncti✠onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per auditum. ℟. Amen.

Ad nares.

Per iſtam ſanctam vncti✠onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccaſti per odoratum. ℟. Amen.

Ad os, ſiue ad labia.

Per iſtam ſanctam vncti✠onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per guſtum, vel loquutionē. ℟. Amē.

Ad manus.

Per iſtam ſanctam vncti✠onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per tactum. ℟. Amen.

Ad pedes.

Per iſtam ſanctam vncti✠onem, &



Digitized by Google

ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per inceſſum. ℟. Amen.

Ad lumbos, ſeu renes.

Per iſtam ſanctam vncti ✠ onem, & ſuam pijſsimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccaſti per ardorem libidinis. ℟. Amen.

His peractis, Pſalmi Pœnitentiales dicuntur, ſi non ſint dicti, & litaniæ. Aña. Ne reminiſcaris. Pſalm. 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Dñe, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniã conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant, & conturben-

tur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valde velociter. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Pſalm. 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dn̄s peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcōdi. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum nō approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circūdedit me: exultatio mea erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te: in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus, & mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantem autē in Domino miſericordia circundabit. Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, & Filio.

Pſalm. 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniā ſagittæ tuæ infixę ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuā. Nō eſt ſanitas

in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniá iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum; & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & nõ eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum: & ipſum nõ eſt mecum. Amici mei, & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt: & ſteterunt. Et qui iuxta me erant, de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tãquàm ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi, nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouẽtur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in cõſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meã annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & cõfirmati ſunt ſuper me: & multiplicati



Digitized by Google

tiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ. Gloria Patri, & Filio. Pſal. 50.

MIſerere mei Deus: ſecũdum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco: & peccatũ meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum: & in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuę manifeſtaſti mihi. Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabũt oſſa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi



Digitized by Google

voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Pſalm. 101.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuã à me, in quacunque die tribulor: inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt, ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: & factus ſum, ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt



Digitized by Google

runt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum. Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cœlo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum. Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem. In conueniendo populos in vnum: & reges, vt ſeruiant Domino. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione, & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertoriũ mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſęculum dirigetur. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Pſalm. 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obſeruaueris Dñe: Domine quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt: & propter legẽ tuam, ſuſtinui te Dñe. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Dño.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino. Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio. Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio. Pſal. 142.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meã in veritate tua: exaudi me in tua iuſtitia. Et nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo, omnis viuẽs. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Dñe: defecit ſpiritus meus. Non auertas faciẽ tuam à me: & ſimilis ero deſcendẽtibus in lacum. Auditam fac mihi manè miſericordiã tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine: ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulãt animam meam: quoniã ego ſeruus

tuus

tuus ſum. Gloria Patri, & Filio. Sicut erat, &c.
Aña. Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

## LITANIÆ.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. Miſerere ei.
Fili Redemptor mundi Deus. Miſerere ei.
Spiritus ſancte Deus. Miſerere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus. Miſerere ei.
Sancta Maria. ora pro eo.
Sancta Dei genitrix. ora pro eo.
Sancta virgo virginum. ora pro eo.
Sancte Michael. ora pro eo.
Sancte Gabriel. ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli. orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines. orate.
Sancte Ioannes Baptiſta. ora.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Sancte Thoma. ora.
Sancte Iacobe. ora.
Sancte Philippe. ora.

Sancte Bartholomæe. ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Simon. ora.
Sancte Thadæe. ora.
Sancte Matthia. ora.
Sancte Barnaba. ora.
Sancte Luca. ora.
Sancte Marce. ora.
Omnes Apoſtoli, & Euangeliſtæ. orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini. orate.
Omnes ſancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Sancte Eugeni. ora.
Sancte Vincenti. ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane. orate.
Sancti Ioannes, & Paule. orate.
Sancti Coſma, & Damiane. orate.
Sancti Geruaſi, & Prothaſi. orate.
Omnes ſancti Martyres. orate.
Sancte Syluester. ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieronyme. ora.
Sancte Iſidore. ora.
Sancte Illephonſe. ora.
Sancte Martine. ora.

Sancte Nicolae. ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores. orate.
Omnes ſancti Doctores. orate.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Antoni. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ. orate.
Omnes ſancti Sacerdotes, & Leuitæ. orate.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcilia. ora.
Sancta Catharina. ora.
Sancta Anaſtaſia. ora.
Omnes ſanctæ virgines, & viduæ. orate.
Omnes ſancti, & ſanctæ Dei. intercedite pro eo.
Propitius eſto. parce ei Domine.
Propitius eſto. exaudi nos Domine.
Ab omni malo. libera eum Domine.
Ab omni peccato. libera.
Ab ira tua. libera.
A ſubitanea, & improuiſa morte. libera.
Ab inſidijs diaboli. libera.
Ab ira & odio, & ab omni mala voluntate. libera.
A ſpiritu fornicationis. libera.

A morte perpetua. lib.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ. lib.
Per aduentum tuum. lib.
Per natiuitatem tuam. lib.
Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum. lib.
Per crucem, & paſſionem tuam. lib.
Per mortem, & ſepulturam tuam. lib.
Per ſanctam reſurrectionem tuam. lib.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. lib.
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti. lib.
In die iudicij. lib.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Vt ei parcas. te rogamus audi nos.
Vt ei indulgeas. te rogamus audi nos.
Vt ad verã pœnitentiã eũm perducere digneris. T.R.
Vt mentem eius ad cæleſtia deſideria erigas. T.R.
Vt nos exaudire digneris. te rogamus audi nos.
Fili Dei. te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. parce ei Dñe.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. exaudi nos Dñe.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. miſerere ei.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secreto. Ver. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣.

Eſto

Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eõ. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum loquutus es; infirmatur quis in vobis, inducat Preſbyteros Eccleſię, & orent ſuper eum. Vngentes eum oleo ſancto, in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittẽtur ei: Cura, quæſumus, Redemptor noſter, gratia ſpiritus ſancti languores huius infirmi, & ſua ſana vulnera: eiuſque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle: plenamque ei interius, exteriuſq; ſanitatem miſericorditer redde: vt ope miſericordiæ tuæ reſtitutus: ad priſtina reparetur officia: Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto, viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Oremus.

Reſpice quæſumus Domine famulum tuum N. fratrẽ noſtrum, infirmitate ſui corporis laborantem: & animam refoue quam creaſti: vt caſtigationibus emundatus, ſe tua ſentiat medicina ſaluatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam, ægris infundendo corporibus: facturam tuam multiplici pietate cuſtodis, ad inuocationem tui nominis benignus aſſiſte, vt famulum tuum N. ab ęgritudine liberatum, & ſanitati donatum,

dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque eccleſiæ tuæ, ſanctiſque altaribus tuis, cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Dominus Ieſus Chriſtus apud te ſit, vt te defendat: intra te ſit, vt te reficiat: circa te ſit, vt te conſeruet: ante te ſit, vt te deducat: poſt te ſit, vt te cuſtodiat: ſuper te ſit, vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta, viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

His peractis, relicta cruce coram infirmo, reuertentur ad eccleſiam ordine ſuo, vbi ſtuppa proijciatur in ignẽ.

## Ordo iuuandi morientes, ex Ioanne Gerſon, in Tripartito.

Hoc ordine non ſemper, nec apud omnes vtẽdum eſt: nec omnia omnibus dicenda: ſed quando, & quatenus prudenti ſacerdoti videbitur expedire. Ac preſertim cũ infirmꝰ amiſit vſum rationis, exhortationes, & interrogationes quæ inferius apponũtur ſuperuacaneę eſſent. Tribus exhortationibus ſaluti morientis cõſulere poſſumus.

1 Conſidera, frater chariſsime, omnibus cuiuſcunque ſint conditionis, & ſtatus, cõſtitutum eſſe ſemel mori: alijs tardius, alijs citius, ſecundum curſum durationis, quẽ à Deo acceperunt: cuius potentiſsimæ manui omnes ſumus ſubditi, vt naturæ debitum ſoluamus, cũ Domino Deo noſtro viſum fuerit: qui in hoc mũdo commorandi dedit nobis diuerſorium, non habitandi. Nõ



Digitized by Google

eſt ergo cur vitam iſtam tanto ſtudio deſideres, in qua ſæpe, quanto amplius viuitur, tanto plus peccatur; quãto eſt lõgior, tanto culpa maior. Quotidie enim creſcũt mala, & ſubtrahuntur bona. Itaque tibi potius eſt gaudendum, quod per hanc mortem, ex vita hac tẽporali, & miſera, ad vitam æternam, beatamque commigres.

2 Agnoſce, chariſsime frater, cum gratiarum actione, beneficia in te à Deo collata; quòd tibi hactenus, etiam in hac extrema vitæ tuæ periodo, ſui cognitionem, benigne indulſerit; quod morte repentina te opprimi noluerit; quod te creaturam ſuam, per orthodoxæ fidei religionem, ad cæleſtem hæreditatem, miſericorditer vocauerit. De his, & alijs innumeris beneficijs, Domino Deo noſtro habe gratiam, ad inexhauſtã eius miſericordiam confugiens, & de peccatis tuis veniam humiliter poſtulans.

3 Conſidera, frater chariſsime, quod Deus Pater, filium ſuum dilectum, inſontem, & innoxium, in quo ſibi bene cõplacuit, pro nobis miſeris peccatoribus, tot & tantas tribulationes ſuſtinere voluit. Vnde cum in vitæ tuæ excurſu, multa peccata, eaque grauiſsima cõmiſeris, pro quibus pœnas, his longe acerbiores cõmeruiſti: huius morbi, & mortis dolorem, patiẽter tolerare debes: Deum humiliter rogans, vt præſens dolor tibi valeat, ad peccatorum tuorum remiſsionem: & purgatorij horribiles cruciatus, in iſtam afflictionem tuam, per ſuam miſericordiã, cõmutet; & pro pœnis futuris, det tribulationes præſentes; quæ nullæ ſunt ad futuras.

Quod ſi contrito corde, petieris; pœnam neceſſariam tanquam voluntariam feres; & purgatorium tuum facies hîc in mundo: videlicet has pœnas alioqui neceſſarias, & quas nulla ratione poſſes euitare, pro peccatis tuis ſoluendo. Patienter mortem tolerauerũt Chriſtus, & martyres: quidquid in carne toleras, leuius eſſe credas eorum tormẽto. Velis, nolis, morieris; fac igitur de neceſſitate, virtutem: vt dum tributum naturæ perſoluis, apud Deum inuenias meritum.

## Hoc modo, morientem interrogabis.

1 NOnne vis, frater chariſſime, & viuere, & mori in ſoliditate fidei Ieſu Chriſti, tanquam verus Chriſtianus? Reſp. Volo.

2 Nonne petis à Deo veniam peccatorum, quæ commiſiſti, contra eius ſummam maieſtatem, & quod eum condigne non honoraſti? ℟. Peto.

3 Nonne tibi deliberatum eſt, vitam tuam in melius commutare, ſi tibi incolumi, hoc morbo liberari detur? Reſp. Eſt deliberatum.

4 Nonne Deum rogas, ſua bonitate tibi hanc gratiã indulgere, vt ab hoc ſancto propoſito, nõ deflectas: ſed cum peccatorum ſuperiorum contritione, ſemper in bonis operibus proficias? ℟. Rogo.

5 Num es tibi conſcius alicuius peccati, de quo Sacerdoti velis confiteri? ℟. Non ſum.

6 Nonne de peccatis oblitis, libens confitereris, ſi in mentem venirent? ℟. Confiterer.

7 Nonne deſideras, cor tuum à Deo illuminari, vt oblita peccata, in memoriam reuoces; & de ijs confiteearis? ℞. Deſidero.

8 Nõne ex animo,omnibus parcis, qui tibi quoquo modo fuerunt moleſti? ℞. Parco.

9 Nonne omnibus veteribus inimicitijs, ex tuo expunctis animo,cum inimicis, paratus es in gratiam redire? ℞. Sum paratus.

10 Nonne ab ijs veniam poſtulas, quos aliquando dictis,aut factis offendiſti? ℞. Poſtulo.

11 Nonne vis omnia per te ablata reſtitui? ℞. Volo.

12 Nonne omnem quem pateris dolorem, propter Deum,æquo animo toleras? ℞. Tolero.

## Orationes breues in morte dicendæ.

IN manus tuas Domine, commendo ſpiritum meũ: redemiſti me Domine,Deus veritatis.

Ieſu Chriſte, miſericordiarum Pater, miſericordiam fac mihi pauperculæ creaturæ tuæ.

Adiuua me in hac extrema neceſsitate, ſuccurre animæ egenti,& deſolatæ,Domine Deus noſter, vt non à canibus infernalibus deuoretur.

Dulciſsime Domine Ieſu Chriſte,ob honorem, & virtutem tuæ benedictæ paſsionis, iube me aſcribi in numerum electorum tuorum.

Domine Ieſu Chriſte,fili Dei viui,pone paſsionem,crucem, & mortem tuam, inter iudicium tuum, & animam meam.

Creator, & Redemptor meus Ieſu Chriſte, totum me tibi dedo, non me renuas: ad te venio, non me repellas. Nũc Dñe, ſecundum volũtatem tuam, fac mecum miſericordiam; & præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Sonet in mentis meæ auribus, vox illa dulcis, Domine Ieſu: hodie mecum eris in paradyſo.

Deinde ſalutet virginem Mariam, dicens; Maria mater gratiæ. Mater miſericordiæ. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Angelos deinde precibus inuitet, dicens; Spiritus cęlorum, Angeli beatiſſimi aſſiſtite, quæſo mihi migranti, ex hoc ſæculo; & potenter eripite me, ab immundorũ ſpirituum inſidijs; & animam meam in veſtrũ conſortium aſſumite: tu præcipue Angele bone, cuſtos meus.

Poſtremò, ſanctos, & ſanctas, quos ſingulari obſeruantia coluit, precibus, ad auxilium ſuum inuitet, dicens; O glorioſiſſime ſancte N. vel ſancta N. in te ſpẽ, & confidentiam, mihi apud Deum patrocinandi, dum viuerẽ collocaui; nunc maxime (ſi vnquam aliàs) tuo eſt mihi opus auxilio. Succurre igitur: & in adiutorium meum intende in hoc extremæ neceſſitatis articulo.

## Obſeruationes.

*SI Sacramentorum Eccleſiæ receptionem differat: oſtendatur ei, quod matura Sacramentorum receptio, poteſt prodeſſe, & non nocere; & quod forſitan nunquam dabitur talis opportunitas, eorum ſuſcipiendorum. Præterea, oſtendatur ei ingens virtus & efficacia eorum, & pericu-*

lum in quod laberetur, ſi ea negligeret.

Si ægrotus in fide quoquo modo vacillet; proponatur ei ſanctorum martyrum exemplum, qui in teſtimonium huius orthodoxæ, et veræ religionis Chriſtianæ, tot, & tanta tormentorum genera paßi ſunt.

Si peccatorum veniam deſperet: proponatur ei, quod ſi maxima eſt ipſius peccantis impietas: maior tamen eſt, Dei miſerentis pietas (excedit enim omniũ criminũ quantitatem, & numeroſitatem) quæ in cõmuni poſita, offertur omnibus: à qua nemo eſt expers, niſi qui eam renuerit; infinitaq; eſt: peccatorum vero etiam ab origine mundi commiſſorum finitus eſt numerus: quibus omnibus minima gutta pretioſiſſimi ſanguinis Domini Dei noſtri, in paßione diffuſi, præponderat. Præterea, quod Iudam (qui ſceleratiſſimus habetur) Dei noſtri ſingularis clementia ad miſericordiam parata erat ſuſcipere, vocando eum amicum: tamen quia deſperauit, damnatus eſt; pluſq; deſperando peccauit, quàm Ieſum Chriſtum prodendo. Poſtremò, proponatur ei, quod peccatorum remißio, eſt articulus fidei, quo ſignificatur, quod quantumcunque & quotieſcunque homo peccauerit: tamen per veram pœnitentiam, peccatorum remißionem conſequetur; quod niſi crediderit, verus Chriſtianus non erit.

Si videbitur nimium confidere in ſuis meritis, & vitæ ante actæ honeſtate; admoneatur, vt non in valore meritorũ ſuorum; ſed præcipue in virtute, & efficacia paßionis Chriſti, per quam mundum redemit, & paradyſum peccatoribus aperuit, confidat ſe ſalutem conſequuturum.

*Si excommunicatus ſit, amici diligenter curare debent, eum abſoluendum.*

*Si mortis aduentus aliquantiſper differatur, interim legenda eſt coram eo paſsionis Dominicæ hiſtoria, aut Symbolum Apoſtolorum, aut alia quæuis deuota, & pia hiſtoria, aut oratio, in qua dum eſſet incolumis, oblectaretur; aut Dei, et ſanctæ Eccleſiæ præcepta, vt exactiore cura meditetur, an in ijs aliquo pacto deliquerit.*

*Si ægrotus ex morbo lingua præpedita, ad interrogationes, & admonitiones reſpondere non valeat, tamen ſit mente ſana, & integra: ſaltem ſigno aliquo exteriori, aut ſolo cordis ſenſu reſpondeat: hoc enim ſufficit.*

*Præſentetur ei imago crucifixi, aut beatæ Mariæ, aut ſancti, quē peculiari veneratione colebat, dum eſſet incolumis.*

*Nullo modo amici carnales, vt ſunt coniux, liberi, aut alij amici, aut diuitiæ in memoriam reducantur, niſi ſpiritualis ſanitas id exigat.*

*Non detur ei nimia ſpes corporalis ſalutis conſequendæ; ne ea ex morientis animo, ſalutis ſpiritualis curam excutiat. Sed propter animæ ſanitatem, debet ſibi corporis incolumitatem à Deo poſtulare, duntaxat ſi vtilis ſit animæ ſaluti.*

*Afferatur aqua benedicta, qua crebro aſpergēdo, abigantur dæmones.*

## Ordo commendationis animæ.

Primum dicuntur Litaniæ breues, in hunc modum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sancta Maria. ora pro eo.

Omnes ſancti Angeli, & Archangeli. orate.
Sancte Abel. ora.
Omnis chorus iuſtorum. ora.
Sancte Abraham. ora.
Sancte Ioannes Baptiſta. ora.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ. orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini. orate.
Omnes ſancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora.
Omnes ſancti Martyres. orate.
Sancte Sylueſter. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores. orate.
Sancte Benedicte. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ. orate.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Lucia. ora.
Omnes ſanctæ virgines, & viduæ. orate.
Omnes ſancti, & ſanctæ Dei. intercedite pro eo.
Propitius eſto. parce ei Domine.
Propitius eſto. libera eum Domine.



Digitized by Google

Propitius eſto. libera.
Ab ira tua. libera.
A mala morte. libera.
A periculo mortis. libera.
A pœnis inferni. libera.
Ab omni malo. libera.
A poteſtate diaboli. libera.
Per natiuitatem tuam. libera.
Per crucem, & paſsionem tuam. libera.
Per mortem, & ſepulturam tuam. libera.
Per glorioſam reſurrectionem tuam. libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. libera.
Per gratiam Spiritus ſancti paracliti. libera.
In die iudicij. libera.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Vt ei parcas. te rogamus audi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Deinde cum in agone ſui exitus anima anxiatur; dicantur ſequentes orationes. Oratio

Proficiſcere anima Chriſtiana de hoc mũdo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creauit. In nomine Ieſu Chriſti filij Dei viui, qui pro te paſſus eſt; In nomine Spiritus ſancti, qui in te effuſus eſt; In nomine Angelorum, & Archangelorum. In nomine Thronorum, & Dominationum; In nomine Principatuũ, & Poteſtatũ: In nomine Cherubim, & Seraphim: In nomine Patriarcharum, & Prophetarum: In nomine Sanctorum Apoſtolorum, & Euãgeliſtarum; In nomine ſanctorũ

martyrum, & confeſſorum; In nomine ſanctorum monachorum, & eremitarum; In nomine virginũ, & omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei. Hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

Deus miſericors, Deus clemẽs: Deus qui ſecundũ multitudinem miſerationum tuarum, peccata pœnitentiũ deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum N. & remiſsionem ſibi omnium peccatorũ ſuorũ, tota cordis cõfeſsione poſcentẽ, deprecatus exaudi. Renoua in eo pijſsime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum: vel quidquid diabolica fraude violatum eſt; & vnitati corporis Eccleſiæ, mẽbrum redemptionis annecte. Miſerere Domine gemituum, miſerere lacrymarum eius; & non habentem fiduciam niſi in miſericordia tua, ad tuæ Sacramentum reconciliationis, admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, chariſsime frater, & ei cuius es creatura, committo: vt cũ humanitatis debitum, morte interueniente perſolueris, ad auctorẽ tuũ, qui te de limo terrę formauerat; reuertaris. Egredienti itaq; animę tuę de corpore, ſplẽdidus Angelorũ cœtus occurrat. Iudex Apoſtolorũ tibi ſenatus aduenjat. Candidatorũ tibi martyrũ, triũphator exercitus obuiet. Liliata rutilantiũ te confeſſorũ turma circundet: iubilantiũ te virginum Chorus excipiat, & beatæ quietis in ſinum Patriarcharũ, te complexus aſtringat. Mitis, atq;



Digitized by Google

feſtiuus Chriſti Ieſu, tibi aſpectus appareat: qui te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas, cum ſatellitibus ſuis: in aduentu tuo, te comitantibus Angelis, cõtremiſcat, atque in æternę noctis chaos immane, diffugiat. Exurgat Deus, & diſsipentur inimici eius, & fugiant qui oderũt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei, & iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei. Confundantur igitur, & erubeſcãt omnes tartareę legiones: & miniſtri ſatanæ, iter tuum impedire non audeant: liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt: liberet te à morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus filius Dei viui, intra paradyſi ſui ſemper amœna virentia; & inter oues ſuas te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat, atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas; & præſens ſemper aſsiſtẽs manifeſtiſsimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris, in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen. Oratio.

Suſcipe Domine ſeruum tuum, in locum ſperandæ ſibi ſaluationis, à miſericordia tua. Reſp. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus

tribulationibus. ℟. Amen.

Libera Domine animã ſerui tui, ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Noe de diluuio. Reſp. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Abraham de Vr Chaldæorum. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iob de paſsionibus ſuis. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Lot de Sodomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. Reſp. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. Reſp. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Dauid de manu regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Libera Domine animam ſerui tui, ſicut liberaſti Petrũ & Paulum de carceribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatiſsimam Theclam virginem, & martyrẽ tuam, de tribus atrociſsimis tormentis liberaſti; ſic libe-

rare

rare digneris animam ſerui huius,& tecũ facias in bonis congaudere cæleſtibus. Reſp. Amen. Oratio

Commendamus tibi Domine animam famuli tui. N. Precamurque te, Domine Ieſu Chriſte, Saluator mundi, vt propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorum ſinibus inſinuare non renuas. Agnoſce Domine creaturam tuam, non ex dijs alienis creatam, ſed à te ſolo Deo viuo, & vero: quia nõ eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundum opera tua. Lætifica Domine animam eius in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor, ſiue feruor mali deſiderij. Licet enim peccauerit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negauit, ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum qui fecit omnia adorauit. Reſp. Amen. Oratio

Delicta iuuentutis, & ignorantias eius quæſumus, ne memineris Domine, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuã, memor eſto illius, in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine, ſeruũ tuum ſuſcipe. Suſcipiat eum ſanctus Michael Archangelus Dei, qui militię cęleſtis meruit principatum. Veniant illi obuiam ſancti Angeli Dei, & perducant eum in ciuitatem cęleſtem Hieruſalem. Suſcipiat eum beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claues regni cæleſtis traditę ſunt. Adiuuet eum ſanctus Paulus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus, cui reue-

lata

Digitized by Google

lata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Intercedant pro eo omnes ſancti Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt, vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęleſtis; pręſtãte Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Si anxiatur adhuc anima dicuntur hi Pſalmi, videlicet. Pſalm. 117.

CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicat nunc Iſrael, quoniam bonus: quoniã in ſęculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Dicant nunc qui timent Dominũ: quoniam in ſæculum miſericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos. Bonũ eſt confidere in Domino: quam confidere in hominibus. Bonum eſt ſperare in Domino: quam ſperare in Principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Dñi, quia vltus ſum in eos. Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerũt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Dñi, quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum, vt caderẽ: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea, & laus

mea

mea Dominus:& factus eſt mihi in ſalutem. Vox exultationis & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, ſed viuã: & narrabo opera Domini. Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti nõ tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ: ingreſſus in eas confitebor Domino, hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutẽ. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Hęc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine ſaluũ me fac, ô Domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſq; ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius. Gloria Patri, & Filio &c. Pſalm. 118.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatẽ: in vijs eius ambulauerunt. Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meę: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Tunc non cõfun-

dar:

dar:cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis:in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde meo exquiſiui te:ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Benedictus es Domine:doce me iuſtificationes tuas. In labijs meis pronũciaui: omnia iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorũ delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor:non obliuiſcar ſermones tuos.

RETribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt Principes, & aduerſum me loquebantur:ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tuæ. Adhæſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuum. Vias meas enunciaui & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in



Digitized by Google

mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus. Adhæſi teſtimonijs tuis Domine: noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. Gloria Patri, & Filio. &c.

LEgem pone mihi Domine viam iuſtificationũ tuarum: & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectũ & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemita mandatorum tuorũ: quia ipſam volui. Inclina cor meũ in teſtimonia tua: & non in auaritiã. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum: in timore tuo. Amputa opprobriũ meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda. Ecce cõcupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me. Et veniat ſuper me miſericordia tua Dñe: ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbũ: quia ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiam legem tuã ſemper: in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. Et loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regũ: & nõ confundebar. Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis. Gloria Patri. &c.



Digitized by Google

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo:in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me cõſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi inique agebãt vſquequaque: à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum,à ſæculo Domine: & cõſolatus ſum. Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ. Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legẽ tuam. Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Portio mea Domine:dixi cuſtodire legem tuã. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecũdum eloquium tuũ. Cogitaui vias meas: & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus ſum, & non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Particeps ego ſum omnium timentium te:& cuſtodientium mandata tua. Miſericordia tua Domine plena eſt terra:iuſtificationes tuas doce me. Gloria Patri. &c.

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine: ſecundũ verbum tuum. Bonitatem,& diſciplinam,& ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Priuſquã humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor

mandata tua. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus ſum. Bonum mihi, quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: ſuper millia auri, & argenti. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui. Cognoui, Domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me: ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo. Veniãt mihi miſerationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt. Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te; & qui nouerunt teſtimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar. Gloria Patri, & Filio. &c.

DEfecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui. Defecerunt oculi mei, in eloquium tuum: dicentes, quando cõſolaberis me? Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Quot ſunt dies ſerui tui? quando facies de perſequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me. Paulominus cõſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum miſericordiã tuã viuifica me: & cuſtodiã teſtimonia oris tui. In æter

num

num Domine: verbum tuum permanet in cœlo. In generatione & generationem veritas tua: fundaſti terram & permanet. Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi. Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte perijſſem in humilitate mea. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me. Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui. Me expectaue runt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi. Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Gloria Patri. &c.

QVomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea eſt. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt. Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi: quia mãdata tua quæſiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua. A iudicijs tuis nõ declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo! A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viã iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis. Iuraui & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Humiliatus ſum vſquequaque Domine: viuifica me ſecundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de

mandatis tuis non erraui. Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: propter retributionem. Gloria Patri, & Filio. &c.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi. Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui. Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei. Suſcipe me ſecundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Feci iudicium, & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me. Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ. Fac cum ſeruo tuo, ſecundum miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me. Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum: vt ſciam teſtimonia tua. Tempus faciendi Domine: diſſipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum, & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquã odio habui. Gloria Patri, & Filio. &c.

MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Declaratio ſermonum tuorum illumi-

nat: & intellectum dat paruulis. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mãdata tua deſiderabam. Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Greſſus meos dirige ſecundũ eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia. Redime me à calumnijs hominum: vt cuſtodiam mãdata tua. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuũ: & doce me iuſtificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia nõ cuſtodierunt legem tuam. Iuſtus es Domine: & rectum iudicium tuum. Mandaſti iuſtitiam, teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis. Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud. Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: & lex tua veritas. Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt. Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam. Gloria Patri. &c.

CLamaui in toto corde meo: exaudi me Domine, iuſtificationes tuas requiram. Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua. Præueni in maturitate, & clamaui; quia in verba tua ſuperſperaui. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi ſecundum miſericordiã tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti ſunt. Propè es tu Domine:

& omnes viæ tuæ veritas. I nitio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea. V ide humilitatẽ meam, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus. I udica iudicium meum & redime me: propter eloquiũ tuum viuifica me. L onge à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas nõ exquiſierunt. M iſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecũdum iudicium tuum viuifica me. M ulti qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui. V idi præuaricantes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. V ide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me. P rincipium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum. L ætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. I niquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi. S epties in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. P ax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. E xpectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi. C uſtodiuit anima mea teſtimonia tua: dilexit ea vehementer. S eruaui mandata tua, & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. A ppropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum, da mihi intellectum. I ntret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium meum eripe me. E ructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. P ronun-



Digitized by Google

ciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi. Cōcupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt. Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabũt me. Erraui ſicut ouis, quæ perijt, quęre ſeruum tuum: quia mandata tua non ſum oblitus. Gloria Patri, & Filio. &c.

## Commendatio animæ.

EGreſſa anima de corpore, ſi in ipſo die obitus, defunctus non ſit ſepeliendus, fiat commendatio animæ à Sacerdote, ſimul cum clericis: delata cruce ante eos, in domo defuncti, hoc modo.

Primùm, dicatur reſponſorium ſequens, ſine cantu, aut etiam cum cantu, vbi eſt conſuetudo. Reſpon.




ni. *Suſci pi entes a nimam eius. * Offeren-
tes eam in conſpectu a l tiſsi mi.
Verſ. Suſcipiat te Chri ſtus qui
vocauit te & in ſinum Abrahæ Ange-
li dedu cant te. *Suſci pi entes.

Verſ.






Digitized by Google

Poſtea. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. Et lux perpetua luceat ei.

Verſ. A porta inferi. Reſ. Erue Domine animam eius.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus ſæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſsimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. Reſpon. Sed libera nos à malo. ℣. In memoria æterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. ℟. Et animas pauperum tuòrum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine. Reſp. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Verſ. A porta inferi. Reſp. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. Reſ. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Suſcipe Domine animam famuli tui quam de ergaſtulo huius ſæculi vocare dignatus es; libera eam de lo-

cis pœnarum; quietis, ac lucis æternæ, beatitudine perfruatur; & inter ſanctos, & electos tuos, in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum. ℞. Amē.

# Officium ſepulturæ adulti, ſiue clerici, ſiue laici.

OFficium ſepulturæ, & cætera ſuffragia pro defunctis, à Sacerdotibus, & alijs miniſtris Eccleſiæ, piè & deuotè, non perfunctoriè, ſed diligenter, & accuratè perſoluantur. *Cōc. Trid. ſeſſ. 25. in decreto de purgatorio.*

Cum corpus defuncti fuerit ſepeliendum, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, ſtola & pluuiali nigri coloris, vel ſuperpelliceo, & ſtola, & pluuiali, procedit de Eccleſia, præcedente cruce, cum luminaribus, & clero, ordinatè ad locum vbi iacet corpus (ſi clerici eſt ſacris ordinibus initiati) ornatum veſtibus ſuo ordini cōuenientibus, vbi cantatur ℞. Subuenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini. ✶ Suſcipientes animam eius. ✶ Offerentes eam in conſpectu altiſsimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocauit te; & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. ✶ Suſcipientes. Requiem æternam dona ei Dñe, & lux perpetua luceat ei. ✶ Offerentes. &c. Kyrie. Chriſte. Kyrie. Deinde Sacerdos dicit alta voce. Pater noſter. Quod proſequuntur omnes ſecretò. Interim Sacerdos aſpergit corpus defuncti, & poſtea dicit. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera. ℣. Requiem æternam. ℞. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. Reſ. Erue Domine. ℣. Requieſcat in pace. Reſ. Amen. ℣. Domine ex-

audi. Reſ. Et clamor. Ver. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli[æ] tui[æ] N. vt defunctus[a] ſæculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit: tu venia miſericordiſsimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Poſtea portatur corpus ad Eccleſiam, ordinata proceſſione, in qua iuxta morem locorum, vel dicatur veſperæ defunctorũ. Aña. Placebo Dño. cũ reliquis Antiph. & Pſal. vt in Breuiario: vel ſeptem Pſalmi pœnitentiales, vt ſupra. fol. 134 vel dicantur Litaniæ in hunc modũ.




Repetitur. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Fili

Fili redemptor mundi Deus. Miſerere ei. Et ita deinceps, poſt quamlibet inuocationem repetendo. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.







Si religioſi ordinum inuitati fuerint ad funus: cum clericis admiſceātur, tam in proceſsione, quam in officio; cui debent cum ipſis clericis intereſſe.

Depoſito corpore in Eccleſiæ medio; duo Sacerdotes incipiāt abſolute inuitatoriū. Regē cui omnia. Et ſolēniter cātent totā vigiliā pro defunctis, cū nouē lectionibus: duplicādo Antiphonas, vt fit in duplicibus; vel ſaltē cātetur primū nocturnū, ſolenniter cū ſuis tribus reſponſorijs. Poſtea dicatur ſecundū nocturnum, & tertium, pro temporis opportunitate. Inuitatorium.




nite


ni te a do remus. Pſalm. V eni te ex-
ultemus Domino, iu bi lemus Deo ſalu ta ri
noſtro: præ occu pemus fa ci em eius in con-
feſ ſi o ne, & in Pſalmis iubi lemus e i. *
Regem cui. Q uoniam Deus magnus Dominus,

&


&rex magnus ſuper oẽs Deos. Quoniam nõ re-
pel let Do mi nus plebem ſu am: quia in manu
eius ſunt omnes fines terræ, & al ti tudines mon-
ti um ipſe conſpi cit. ★ Venite. Quo-
ni am ipſi us eſt mare, & ip ſe fe cit il lud:


& a ri dam fun da ue runt ma nus eius. Ve-
ni te a doremus & pro ci damus ante Deum,
ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe
eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus
eius & o ues paſcuæ eius. * Regem cui.


H odi e ſi vocem e ius audi e ri tis no-
li te obdu ra re corda veſtra : ſi cut in exacer-
bati one ſecũ dum diẽ tenta ti onis in deſerto,
vbi tentaue runt me patres ve ſtri , proba-
uerunt & vide runt ope ra me a. ★ Venite.


Quadraginta annis pro ximus ſu i gene ra-
ti o ni hu ic: & di xi ſemper hi errant cor-
de: ipſi vero nõ cognouerunt vias meas, quibus
iuraui in ira me a, ſi intro ibunt in requi-
em meam. ℣. Regem cui. Requiem æ-

ternam


ternam dona e is Domi ne: & lux perpetua
lu ce at e is. ★ Ve ni te.
Regem cu i omni a vi uunt. Ve-
ni te a do remus. Antiph. Di-
rige Domine De us meus, in con ſpectu




VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis meę: Rex meus, & Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam. Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua, propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. Sepulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebāt iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine. Et lætentur omnes, qui ſperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ: coronaſti nos.

Requiem æternam. &c. Antiphona.

Dirige Dñe Deus meus, in cõſpectu tuo viã meã. Aña.




DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine quoniã infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Dñe vſquequo? Cõuertere Dñe, & eripe animã meã: ſaluum me fac propter miſericordiã tuã. Quoniã non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meũ: lacrymis meis ſtratum meũ rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui

operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationē meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehemēter omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valde velociter.

Requiem æternam. &c. Antiphona.

Conuertere Domine, & eripe animam meam: quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. Antiph.



Nequando rapi at vt le o a nimam me-



am: dum non eſt qui re dimat, ne que



qui ſaluum fa ci at. Sæcu lorum. Amen.

Pſalm. 7.

Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Ne quando rapiat vt leo animam meam: dum non eſt qui redimat, neq; qui ſaluum faciat. Domine Deus meus,



Digitized by Google

ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorũ. Et exurge Domine Deus meus, in præcepto quod mandaſti: & ſynagoga populorum circũdabit te. Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos. Iudica me Domine ſecũdum iuſtitiam meam: & ſecundum innocentiam meam ſuper me. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum: ſcrutãs corda, & renes Deus. Iuſtum adiutorium meum à Domino: qui ſaluos facit rectos corde. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies? Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis; ſagittas ſuas ardentibus effecit. Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius, iniquitas eius deſcendet. Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini Domini altiſſimi. Requiem æternam dona eis Domine. &c.

Antiphona.

Ne quando rapiat, vt leo animam meam; dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat. Ver. A porta inferi. Reſp. Erue Domine animas eorum. Pater noſter.

Totum ſecretò. Lectiones leguntur ſine abſolutione benedictionibus,& titulo. Lectio j. Iob 7

PArce mihi Domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? viſitas eũ diluculo, & ſubito probas illum. Vſquequo non parcis mihi? nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? cur non tollis peccatum meum, & quare nõ aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam, & ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam. Sic terminantur lectiones ſine. Tu autem. Reſpon.




de ter ra ſur re ctu ru-
s ſum. * Et in car ne me-
a vi de bo De u-
m Sal ua to re-
m me um. Ver. Quem

viſu-




## Lectio ij. Iob 10.

TÆdet animã meam vitę meę: dimittã aduerſum me eloquiũ meũ. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicã Deo. Noli me cõdemnare. Indica mihi cur me ita iudices? Nũquid bonũ tibi videtur, ſi calũnieris, & opprimas me; opus manuũ tuarũ, & conſiliũ impiorũ adiuues? Nũquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu vides? Nunquid ſicut dies hominis dies tui, &

anni tui ſicut humana ſunt tẽpora: vt quęras iniquitatẽ meã, & peccatũ meũ ſcruteris? Et ſcias quia nihil impiũ fecerim cũ ſit nemo, qui de manu tua poſsit eruere. ℟.




Qui










Lectio. iij. Iob 10.

MAnus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerũt me totũ in circuitu; & ſic repente pręcipitas me? Memento quæſo, quod ſicut lutũ feceris me, & in pulueremreduces me. Nõne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi; & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritũ meũ. ℟.




iudi-


iu di ca re ter-
ram, V bi me
ab ſcon dam à
vul tu i ræ tu æ.
★ Qui a pec ca ui ni-

mis


mis in vi ta me a.
Verſ. Cōmiſ ſa me a paueſ-
co, & ante te e ru beſ co, dum
ve ne ris iu di ca re no li me
condem na re. ★ Qui a. Ver.

Re-


Re qui em æ ter nam
do na e is Do mi ne, &
lux per pe tu a, lu ce at
e is.★ Qui a pec. Aña. In lo co
paſ cu æ i bi me col lo ca uit. Sæculorum.

Pſalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me: animã meã cõuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ: propter nomẽ ſuũ. Nã & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis; nõ timebo mala: quoniã tu mecũ es. Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo mẽſam, aduerſus eos: qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quã præclarus eſt! Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitę meę. Et vt inhabitẽ in domo Dñi: in longitudine dierũ. Requiẽ æternã. &c. Añã. In loco paſcuæ ibi me collocauit. Añã.



Pſalm. 24.

AD te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non cõfundentur. Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacuè. Vias tuas Domine demonſtra mihi:& ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua,& doce me:quia tu es Deus Saluator meus,& te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine: & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas: ne memineris. Secundum miſericordiam tuam meměto mei tu:propter bonitatem tuam Domine. Dulcis, & rectus Dominus:propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas. Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas: requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet Dominũ: legem ſtatuit ei in via, quã elegit? Anima eius in bonis demorabitur:& ſemẽ eius hæreditabit terram. Firmamentum eſt Dominus timentibus eum:& teſtamentũ ipſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me,& miſerere mei:quia vnicus,& pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſsitatibus meis erue me. Vide humilitatẽ meam & laborem meum:& dimitte vniuerſa delicta mea.

R eſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt:& odio iniquo oderunt me. C uſtodi animam meam & erue me:non erubeſcam,quoniam ſperaui in te. I nnocentes,& recti adhæſerunt mihi:quia ſuſtinui te. L ibera Deus Iſrael:ex omnibus tribulationibus ſuis. R equiē æternam dona.&c. Antipho. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine.

Antiphona.




Pſalm. 26.

D Ominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? D ominus protector vitæ meę:à quo trepidabo? D um appropiāt ſuper me nocētes: vt edant carnes meas. Q ui tribulant me inimici mei:ipſi infirmati

ſunt,

ſunt, & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo. Vnam petij à Domino, hãc requiram: vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem Domini: & viſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo & pſalmum dicam Domino. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me: & ne declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto Domine, ne derelinquas me: neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Quoniã pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam, propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona Domini: in terra viuẽtium. Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Requiem æternam. &c.

Antiph. Credo videre bona Domini, in terra viuentiũ.

℣. Collocet eos Dominus cum principibus. ℟. Cum principibus populi ſui. Pater noſter. totum ſecretò.

Lectio iiij. Iob 13.

REſponde mihi, quātas habeo iniquitates, & peccata: ſcelera mea, atque delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis; & arbitraris me inimicum tuū? Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines: & conſumere me vis peccatis adoleſcentię meę. Poſuiſti in neruo pedem meum, & obſeruaſti omnes ſemitas meas; & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum; & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.

Reſponſorium.




ciat




## Lectio v. Iob 14.

HOmo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, & cõteritur; & fugit velut vmbra, & nunquã in eodẽ ſtatu ꝑmanet. Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecũ in iudiciũ? Quis poteſt facere mundũ, de immũdo conceptũ ſemine? nõne tu, qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt: numerus menſiũ

eius apud te eſt. Cōſtituiſti terminos eius, qui præteriri nō poterunt. Recede ergo paululùm ab eo, vt quieſcat: donec optata veniat, & ſicut mercenarij dies eius. Reſ.




Mi ſe re re me i
dum ve ne ris in
no uiſ ſimo di e. Verſ.
A ni ma me a turba ta eſt
val de, ſed tu Do mi ne ſuc-



cur re e i. ⋆ Mi. Lect.vj.Iob 14.

QVis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me; donec pertrãſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putas ne, mortuus homo rurſum viuet? Cũctis diebus, quibus nũc milito; expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis. Reſponſ.



NE re cor de ris pec ca ta



me a Do mi ne. ⋆ Dum



ve ne ris iu di ca re

ſæcu-


ſæ cu lum per i-
g nem. Verſ. Di ri ge
Do mi ne De us me-
us in conſpe ctu tu o vi am
me am. * Dum. Verſ.

Requiem


Re qui em æ ter nam do na
e is Domi ne, & lux perpe-
tu a lu ce at e-
i s. * Dum ve. Antiph. Compla-
ce at tibi Domi ne vt eripi as me: Do mine

ad ad-




Pſalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum : & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouum: carmẽ Deo noſtro. Videbunt multi, & timebũt: & ſperabunt in Domino. Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Multa feciſti tu Domine Deus meus, mirabilia tua: & cogitationibus tuis, non eſt qui ſimilis ſit tibi. Annũciaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum. Sacrificium & oblationem noluiſti : aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti : tunc dixi, ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam : Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuã: & veritatẽ tuam, à cõcilio multo. Tu autem Domine ne longe facias miſerationes tuas à me : miſericordia tua; & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quo-

Quoniam circundederunt me mala,quorum non eſt numerus:comprehenderũt me iniquitates meæ: & nõ potui,vt viderem. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:& cor meum dereliquit me. Complaceat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice. Confundantur,& reuereantur ſimul:qui quęrunt animam meam, vt auferant eam. Conuertantur retrorſum:& reuereantur qui volunt mihi mala. Ferãt confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi, euge euge. Exultent,& lætentur ſuper te,omnes quærentes te: & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego autem mendicus ſum & pauper:Dominus ſolicitus eſt mei. Adiutor meus, & protector meus tu es:Deus meus ne tardaueris. Requiem æternam.&c. Añа. Cõplaceat tibi Domine, vt eripias me:Domine ad adiuuandum me reſpice. Antiph.



Sana Domi ne a nimam me am,



qui a pecca ui tibi. Sæculorum. Pſal.40.

Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus

con-

conſeruet eum;& viuificet eum,& beatum faciat eum in terra:& non tradat eum in animam inimicorũ eius. Dominus opem ferat illi,ſuper lectum doloris eius:vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi, Domine miſerere mei : ſana animam meam,quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: quãdo morietur,& peribit nomen eius? Et ſi ingrediebatur,vt videret,vana loquebatur:cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras:& loquebatur in idipſum. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum cõſtituerunt aduerſum me:nunquid,qui dormit,non adijciet,vt reſurgat? Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos : magnificauit ſuper me ſupplantationem. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me:& retribuam eis. In hoc cognoui,quoniam voluiſti me : quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Me autem propter innocẽtiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Benedictus Dominus Deus Iſrael:à ſæculo, & in ſæculum, fiat, fiat. Requiem æternam. &c. Antiph. Sana Domine animam meam; quia peccaui tibi.

Antiphona.




Deum




Pſalmus 41.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymę meę panes, die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei. In voce exultationis, & confeſsionis: ſonus epulantis. Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus. Ad meipſum anima mea cõturbata eſt;

propterea memor ero tui:de terra Iordanis, & Hermo nij à monte modico. Abyſſus abyſſum inuocat:in voce cataractarum tuarum. Omnia excelſa tua, & fluctus tui:ſuper me tranſierunt. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuã:& nocte canticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, ſuſceptor meus es. Quare oblitus es mei?& quare contriſtatus incedo: dum affligit me inimicus? Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. Dũ dicũt mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tu⁹? quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi:ſalutare vultus mei,& Deus meus. Requiem æternam. &c.

Antiphona. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ; quãdo veniam, & apparebo ante faciem Domini. ℣. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum: ne obliuiſcaris in finem. Pater noſter. totum ſecreto.

Lectio vij. Iob 17.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum. Non peccaui:& in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine; & pone me iuxta te; & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucẽ. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt; & in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es:

mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patiētia mea? Tu es Domine Deus meus.

Reſponſorium.




i Deus




## Lectio viij. Iob 19.

PElli meæ conſumptis carnibus, adhæſit os meum: & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, Miſeremini mei, ſaltem vos amici mei; quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro, ſtylo ferreo,

& plumbi lamina; vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim, quod Redemptor meus viuit; & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum; & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

## Reſponſorium.




gi: i de o de pre-
cor ma ie ſta tem
tu am. * Vt tu De us de-
le a s i ni qui ta-
te m me am. Verſ. Am-




Lectio ix. Iob 10.

QVare de vulua eduxiſti me? qui vtinam cõſumptus eſſem:ne oculus me videret:fuiſſem, quaſi non eſſem: de vtero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine:terram miſeriæ, & te-



Digitized by Google

nebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

Reſponſorium.




vt vi de rent te. ★ Qui erant
in pœ ni s te ne bra-
rum. Verſ. Cla mantes &
di centes, adue ni ſti re dem-
ptor no ſte r. ★ Qui erant. Verſ.

Re-




Sequens Reſponſorium dicitur ſolummodo in craſtino omnium Sanctorum: & quandocũque pro defunctis dicuntur nouem lectiones. Reſponſorium.




tre men da. ★ Quando cæ li mo-
uendi ſunt & ter ra. ★ Dum ve-
ne ris iu di ca re ſæ-
cu lum per ig nem. Verſ. Tremens factus
ſum ego & ti me o dum diſcuſſi o,

venerit,


ve ne rit, at que ven tu ra
i ra. * Quãdo. Ver. Di es illa, di-
es i ræ ca la mi ta tis & mi-
ſe ri æ, di es magna & a ma ra
va l de. * Dum. Ver. Requi em æ ter-

nam




Poſt vltimum Reſponſorium, ſi tempus cõgruum fuerit, cantetur ſolenniter miſſa de die depoſitionis, cum vna tantum oratione, & ſua ſequentia. Qua finita Sacerdos, depoſitis planeta, & manipulo, accipit pluuiale vel ſi non celebratur miſſa, dicto vltimo reſponſorio: Sacerdos accedens ad feretrũ paratis ibi vaſe aquæ benedictæ, & thuribulo; vertit ſe ad altare: Subdiaconus crucem deferens, vadit ad caput feretri contra altare, medius inter ceroferarios. Sacerdos vero ex alia parte verſus altare, ita vt crucẽ reſpiciat: Diaconus à ſiniſtris Sacerdotis: Cęteri clerici ad latera feretri conſiſtant, ita vt ſe inuicẽ reſpiciant. Quibus ſic ordinatis, & ſtãtibus, detectis capitibus, Sacerdos incipit abſolute orationẽ



Digitized by Google

ſequentem ſine O remus. Oratio.

Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo Domine, quia nullus apud te iuſtificabitur homo, niſi per te omniũ peccatorũ ei tribuatur remiſſio. Nõ ergo eum quæſumus tua iudicabilis ſentẽtia premat, quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat; ſed gratia tua illi ſuccurrente, mereatur euadere iudicium vltionis, qui dũ viueret inſignitus eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen. Finita oratione cantatur Reſponſoriũ, vt ſupra. fol. 169.

Subuenite ſancti Dei, occurrite Angeli Domini * Suſcipientes animam eius * offerentes eam in conſpectu altiſsimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus qui vocauit te, & in ſinum Abrahæ, Angeli deducant te. * ſuſcipientes. ℣. Requiem æternam. * offerentes. Dũ cantatur Reſpõſorium, Sacerdos miniſtrante Diacono (ſi poſt miſſam ſit officium, alioqui acolytho) nauiculã incenſi: imponit incenſum in thuribulo & dicto. Kyrie eleiſon. dicit alta voce. Pater noſter. Chorus proſequitur. qui es in cęlis. Interim Sacerdos accipit aſperſorium de manu miniſtri, & aſpergit corpus: deinde accepto thuribulo de manu eiuſdem miniſtri, incenſat corpus defuncti, poſtea dicit alta voce. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. Reſp. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O remus.



Digitized by Google

Deus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius, te ſupplices deprecamur, vt ſuſcipi iubeas animã famuli[æ] tui N. per manus ſanctorum Angelorum, deducẽdam in ſinum amici tui Abrahæ, Patriarchę reſuſcitãdamq; in nouiſſimo iudicij magni die; & quidquid vitiorum, fallente diabolo contraxit, tu pius, & miſericors, abluas indulgendo. Per Christum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Finita oratione, cantatur ſecundum Reſponſorium. Sequens Reſponſorium dicitur in funere duntaxat clerici, ſacris initiati: in funere ſæcularium dicuntur tantum duo: videlicet Subuenite. & Libera me Domine.

Reſ. Ne recorderis peccata mea Domine. Dum veneris iudicare ſæculum per ignem. Ver. Dirige Domine Deus meus, in conſpectu tuo viam meam. *Dum veneris. ℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. *Dũ veneris. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Sacerdos dicit alta voce. Pater noſter. Aſpergit, & incenſat corpus defuncti, vt ſupra. Poſtea dicit. Ver. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animã eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Fac quæſumus Domine, hanc cum ſeruo tuo N. defuncto miſericordiam, vt factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem;



Digitized by Google

tem; vt ſicut hîc eum vera fides iunxit fidelium turmis; ita illic eum tua miſeratio, ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Qua finita cantatur Reſponſorium. Reſponſorium.

Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremēda.* Quando cæli mouendi ſunt, & terra.* Dum veneris iudicare ſeculum per ignem. ℣. Tremens factus ſum ego, & timeo, dum diſcuſſio venerit, atque ventura ira.* Quando. ℣. Dies illa, dies iræ: calamitatis & miſeriæ, dies magna, & amara valde.* Dum veneris. ℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℟. Libera me Domine. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Sacerdos dicit alta voce. Pater noſter. Aſpergit, & incenſat corpus defuncti, vt ſupra. Deinde, dicat. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. Reſ. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine. ℣. Requieſcat in pace. Reſ. Amen. ℣. Domine exaudi. Reſ. Et clamor. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Abſolue quæſumus Domine animam famuli tui N. vt defunctus ſæculo tibi viuat: & quę per fragilitatem carnis, humana conuerſatione commiſit, tu venia miſericordiſsimę pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſ. Amen.

Finita oratione, Sacerdos præcipit portitoribus, vt accipiant feretrum, qui accipientes deportent ad tumulum campana pulſante, interim cantantur Antiphonæ. Antiphona.


IN para diſum deducant te Ange li, in
tu o aduentu ſu ſci pi ant te mar ty-
res, & perducant te in ci ui ta tem ſanctam
Hie ru ſa lem. Aña. Cho rus Ange lo rum
te ſuſ ci pi at & cum La-

zaro






Digitized by Google




## Canticum Zachariæ. Lucæ 1.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius. Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cũ patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurãdum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi. In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris. Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorum eorũ. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in quibus viſitauit nos, oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Re



Digitized by Google

quiem æternam. Aña. Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Delato feretro ad tumulum, Sacerdos cum feretro, ſtet iuxta tumulum, & dicat legendo hanc orationem abſolute. Oratio.

Deus qui fundaſti terram, formaſti cælos, qui loca ſyderibus ſtabilita fixiſti; qui captiuum laqueo mortis hominem, lauacri ablutionẽ reparaſti; qui ſepultos Abraham, Iſaac, & Iacob, in ſpelunca duplici, in libro vitæ, atque gloriæ annotaſti benedicendos; ita bene✠dicere digneris, hunc tumulum famuli[æ] tui[æ] N. vt hic eum requieſcere facias; & in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, collocare digneris; qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, contritis laqueis infernorum reſurgere, ſuorumque in ſe credentium membra, reſuſcitari voluiſti. Reſpice Domine ſuper hanc fabricam ſepulturæ, deſcendat ad eam Spiritus tuus ſanctus; vt te iubente, ſit in hoc loco famulo[æ] tuo[æ] quieta dormitio; & tempore iudicij cum ſanctis tuis omnibus, vera reſuſcitatio; præſtãte eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui tecum, & cum Spiritu ſancto, viuit, & regnat, in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Lecta oratione, aſpergit corpus defuncti & tumulum. Poſtea incenſat, miniſtro porrigente aſperſorium, & thuribulũ. Et mox ſepelitur religioſè de more corpus: quo ſepulto, & à choro poſt canticũ. Aña. Ego ſum. repetita: Sacerdos dicit alta voce. Pater noſter. Et omnes

ſub ſilentio proſequuntur. Qui es in cælis. &c. Interim Sacerdos aſpergit tumulũ aqua benedicta. Deinde dicit. ℣. Et ne nos. ℣. Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo Domine. ℟. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animã eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Satisfaciat tibi quæſumus Domine Deus noſter pro anima famuli tui N. beatiſsimæ Dei genitricis, ſemperq; virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, omniumq; ſanctorum tuorum, oratio; & præſentis familiæ tuę humilis, & deuota ſupplicatio; vt peccatorum omnium veniam, quam precamur obtineat; nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quam filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine redemiſti. Qui tecum, & cum Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟eſp. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea Sacerdos dicat. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei requieſcant in pace. Reſp. Amen. Et reuertentes ad medium Eccleſię, cantent Reſponſorium. Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis. Verſ. De profundis clamaui ad te Domine; Domine exaudi vocem meam. * Nec aſpiciat me. ℣. Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. * Nec aſpiciat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Sacerdos

cerdos dicit. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. A porta inferi. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiſcum. Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui, vt defunctus ſæculo tibi viuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Christum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si cum officio ſepulturæ non ſit celebranda miſſa, fit officium, ſicut ſuperius eſt annotatum: ſequenti verò die dicatur miſſa de depoſitione, vt in Miſſali, & fiat in fine miſſæ abſolutio, vt in rubricis Miſſalis habetur.

# Ordo faciendi abſolutionem.

CVm facienda eſt abſolutio finita miſſa, celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ: exuitur caſula, & depoſito manipulo, accipit pluuiale nigrũ: Subdiaconus medius inter duos Acolythos deferentes candelabra accenſa, defert crucẽ præcedentibus duobus alijs Acolythis, vno cum thuribulo, & nauicula, alio cũ aqua benedicta, & aſperſorio: ſequitur celebrãs, & Diaconus à ſiniſtris, ſicut in proceſsionibus: Subdiaconus cũ cruce ſiſtit ſe in loco parato, ad caput cõtra altare, medius inter dictos Acolythos, deferens luminaria: celebrãs vero ex alia parte verſus altare, à ſiniſtris Diaconus, & alij duo Acolythi deferentes vas aquę benedictæ, & thuribulum: interim cantatur Reſponſorium. Cum dicitur Kyrie eleiſon. celebrans ponit incenſum in thuribulũ

miniſtrãte Diacono nauiculam. Cœpto. **Pater noſter.** accipit aſperſorium de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitante Diacono à dextris, & tenẽte fimbriam anteriorem pluuialis, aſpergit, circuiens locum paratum. Cum tranſit ante crucem, profundè inclinat, Diaconus vero genuflectit: & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem Diaconi accipit thuribulũ, & eodem modo, quo aſperſerat, incenſat. Poſtremo Diacono tenente librum, orat iunctis manibus dicens. **Et ne nos inducas.** & ℣. **A porta inferi.** cum alijs, & orationem. **Abſolue quæſumus Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorũ; vt in reſurrectionis gloria, inter ſanctos, & electos tuos, reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum.** Et poſt eam dicẽs. **Requiem æternã.&c.** Facit crucẽ manu dextera ſuper locum paratum; & dicto per cantores. **Requieſcant in pace.** præcedente cruce, redit cum alijs ad ſacriſtiam. In die tertio, ſeptimo, & nono, & vbi conſueuit in die trigeſimo depoſitionis defuncti, & in anniuerſario, dicatur vnum nocturnum, quod cõpetit feriæ, cum laudibus defunctorum, vel ſaltem nocturnum, & miſſa cũ abſolutione in fine miſſæ, & oratione. **Deus indulgentiarum.** Vel alia cõpetenti. In alijs diebus nouenarij, & alijs per annum, dicta miſſa, cantetur reſponſoriũ, & aſpergatur aqua benedicta locus ſepulturæ, & dicatur oratio. **Abſolue.** Vel alia competens, cum ſuis verſibus. Si poſt officium ſepulturæ, vel in nouenario, aut anniuerſario, facienda eſt abſolutio, in domo defuncti; Sa-



Digitized by Google

cerdos omnibus ibi aſtantibus dicat Reſp. Ne recorderis. vel aliud, ſine cantu, cum ſuis verſibus, & oratione. Abſolue queſumus Domine. &c.

## Ordo ad ſepeliendum paruulos baptizatos.

PAruuli defuncti, qui nondum fuerunt doli capaces, ſunt ſepeliendi hoc ordine. In domo, antequã pueri corpus educatur, dicitur Antiphona.




Pſalm. 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Sit nomẽ Domini benedictũ: ex hoc, nunc, & vſque in ſęculũ. A ſolis ortu vſq; ad occaſum: laudabile nomẽ

Domini. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cęlos gloria eius. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat: & humilia reſpicit, in cælo & in terra? Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus: cũ principibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilẽ in domo: matrem filiorum lætantem. Gloria Patri, & Filio. &c. Sicut erat in principio. Repetitur Antiphona. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & vſq; in ſæculum. Verſ. Hic accipiet benedictionem à Domino. Reſ. Et miſericordiã à Deo ſalutari ſuo. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. Reſ. Sed libera nos à malo. Verſ. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. Reſ. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens, & mitiſsime Deus: qui omnibus paruulis renatis fonte baptiſmatis, dum migrãt à ſæculo, ſine vllis eorum meritis, vitam illico largiris æternam, ſicut animæ huius paruuli credimus te feciſſe: fac nos quæſumus Domine per interceſsionem beatæ Marię virginis, & omnium electorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in paradyſo, beatis paruulis, perenniter ſociari. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. Reſ. Amen. Deinde portatur corpus pueri ad Eccleſiam. Intereundum cantant clerici Añam ſequentem cum Pſalmo,

Verſi-

Verſiculis & Oratione. Antiphona.




## Pſalm. 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol, & luna: laudate eum omnes ſtellę & lumen. Laudate eum cęli cęlorum: & aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomẽ Domini. Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mãdauit & creata ſunt. Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptũ poſuit, & non præteribit. Laudate Dominũ de terra: dracones, & omnes abyſsi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quę faciunt verbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes ce-

dri. Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ſerpentes & volucres pennatæ. Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ. Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomē Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius, filijs Iſrael: populo appropinquanti ſibi.

*Pſal.* 149. Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum. Lętetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege ſuo. Laudent nomē eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei. Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltauit manſuetos in ſalutem. Exultabunt ſancti in gloria: lætabūtur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorū: & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligādos Reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

*Pſal.* 150. Laudate Dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara. Laudate eū in tympano, & choro: laudate eū in chordis, & organo. Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eū in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nūc, & ſemper:



Digitized by Google

& in ſæcula ſæculorũ. Amen. Repetitur Aña. Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus, laudate Dominũ de cęlis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Talium eſt enim regnum cęlorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animã huius paruuli ad cęlorũ regnũ, hodie miſericorditer vocare dignatus es; digneris etiã ita nobiſcum miſericorditer agere, vt meritis tuæ ſanctiſsimæ paſsionis, in eodem regno, nos cum omnibus ſanctis, & electis tuis, ſemper facias congaudere. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus. &c. Quæ omnia repetantur quoties fuerit opus.

Dum corpus eſt in Eccleſia, portatur ſtatim ad tumulum: quem Sacerdos aſpergit aqua benedicta. Interim cantatur à clericis. Antiphona.




es




BEnedicite omnia opera Domini Domino:laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Angeli Domini Domino:benedicite cęli Domino. Benedicite aquæ omnes, quę ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino. Benedicite ſol & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino. Benedicite imber, & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino. Benedicite ignis, & ęſtus Domino: benedicite frigus, & æſtas Domino. Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu, & frigus Domino. Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes, & dies Domino. Benedicite lux, & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino. Benedicat terra Dominum: laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula. Benedicite montes, & colles Domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino. Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino. Benedicite cete, & omnia quæ mouentur



Digitized by Google

in aquis Domino:benedicite omnes volucres cæli Domino. Benedicite omnes beſtiæ,& pecora Dño:benedicite filij hominum Domino. Benedicat Iſrael Dñm: laudet & ſuperexaltet eum in ſęcula. Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite ſerui Domini Domino. Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino: benedicite ſancti, & humiles corde Domino. Benedicite Anania, Azaria, Miſſael Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicamus Patrem, & Filium, cũ Sancto ſpiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula. Benedictus es Domine in firmamento cæli:& laudabilis, & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula. Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen.

Antiph. Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Rẽpetita Antiphona, Sacerdos dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui miro ordine, Angelorum miniſteria, hominumq́ue diſpenſas: concede propitius, vt quibus tibi miniſtrantibus in cælo ſemper aſsiſtitur, ab ijs in terra, vita noſtra muniatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c. Ver. Dominus vobiſcum. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Verſ. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen.

## Ordo ſeruandus in proceſsionibus generalibus, quæ fiunt pro defunctis.

Quando

Digitized by Google

QVando fit commemoratio generalis pro defunctis, in die commemorationis omnium defunctorum fidelium, & in feria ſecunda cuiuſcunque hebdomadæ, extra tempus Paſchale, & in primo die cuiuſcunque menſis, vt habetur in Breuiario, dicta miſſa pro defunctis, vt in Miſſali, fit proceſſio pro ipſis, hoc ordine: præcedit Acolythus cum vaſe aquæ benedictæ, aſpergens Eccleſiam, vbi ſunt ſepulturæ. Sequitur ſubdiaconus cum cruce, medius inter duos ceroferarios, cum candelabris, & cereis accenſis. Deinde clerus per ordinem: Poſtea diaconus cum libro ante pectus: vltimo celebrans cum pluuiali nigro. Interim cantantur reſponſoria ſequentia, omnia, aut tria, aut duo pro opportunitate temporis, ita quod vltimo loco cantetur reſponſorium. Libera me Domine. cum ſua oratione vt infra. In prima ſtatione ℟. Credo quod Redemptor. &c. vt ſupra fol. 186. cum Ver. Requiem æternam. dicto. Kyrie eleiſon. &c. Sacerdos dicit, alta voce. Pater noſter. Et accipiens de manu diaconi aſperſorium; aſpergit locum qui eſt ante ipſum. Deinde diacono tenẽte librum apertum, dicit. ℣. Et ne nos. Reſ. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. &c. Oratio.

Deus qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere; pręſta quæſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

In ſecunda ſtatione Reſponſ. Qui Lazarum reſuſcitaſti. vt ſupra. folio 189. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

cum

cum Verſ. ſolitis. Oratio.

Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper virgine intercedente, cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium, peruenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

In tertia ſtatione Reſ. Domine quando veneris. Kyrie eleiſon. Pater noſter. cum Verſ. ſolitis. Oratio.

Deus qui nos patrem, & matrem honorare pręcepiſti, miſerere clementer animabus patris, ac matris meę: eorumq; peccata dimitte, meque eos in æternæ claritatis gaudio, fac videre. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

In quarta ſtatione. ℟. Memento mei Deus. ſupra fol. 198. Kyrie eleiſon. Pater noſter. cum ſuis ℣. Oratio.

Abſolue quæſumus Domine animas famulorum, famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria, inter ſanctos, & electos tuos, reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum.

Hîc dicantur cætera Reſponſoria, ſi quæ dicenda ſunt. Si itur ad cæmeterium dicatur Reſpon. quod occurrit ſuo ordine, oratio ſit.

Deus cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hîc, & vbique quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum; vt à cunctis reatibus abſoluti, tecum, ſine fine lætentur. Per Chriſtum.

In

Digitized by Google

In vltima ſtatione Reſpon. **Libera me Domine de vijs.** ſupra **folio.215.** cum verſibus & oratione.

**Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas, in ſæcula ſæculorum.** ℟. **Amen.** & dicto **Requiem æternam.** & Verſ. **Requieſcant in pace.** reuertuntur ordine ad ſacriſtiam. In iſta ſtatione, dicitur in die commemorationis omnium defunctorum. Reſp. **Libera me Domine de morte.** cum ſuis verſibus, & oratione **Fidelium.**

## Ordo reconciliandi Eccleſiam.

*Eccleſia quæ non eſt conſecrata, ſed duntaxat benedicta; cum polluta eſt ſanguinis, aut ſeminis effuſione, aut aliàs iuxta canonum ſanctiones; à presbytero reconciliatur hoc modo.*

Sacerdos reconciliaturus Eccleſiam indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacei coloris, præcedentibus ceroferarijs, cum cereis accenſis, & aqua benedicta, accedit ad locum contaminatum: & dicit. **In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amē.** Aña. **Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor. &c.** Pſal. **Miſerere mei.** ſupra **fol. 137.** dicitur totus cum **Gloria Patri. &c.** Dum Pſalmus dicitur, Sacerdos aſpergit aqua benedicta locum pollutum, & repetita Antiphona dicit. **Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.**

Verſ.

Digitized by Google

℣. Et ne nos inducas in tẽtationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Domum tuam decet ſanctitudo Domine. ℟. In longitudine dierum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui dixiſti, domus mea, domus orationis vocabitur; domum iſtam ſanguinis effuſione vel ſpurcitijs contaminatam, mundare, & ſancti ✠ ficare digneris; vt omnium preces, & vota in hoc loco ad te clamantium, cleměter exaudias, & benigne perficias. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Oremus.

Deus qui ſacrandorum tibi, auctor es munerum; effun de ſuper hãc domum bene ✠ dictionem tuam; vt ab omnibus hic inuocantibus nomen tuum, defenſionis tuæ auxilium ſentiatur. Per Chriſtum. Oremus.

Deus qui omni loco dominationis tuæ, clemens, atq; benignus dedicator, & ſanctificator aſſiſtis; exaudi nos quæſumus per merita tuæ ſanctæ paſsionis, & per intercesſionem beatiſsimę virginis Marię, & omnium ſanctorum concede, vt in poſterum inuiolabilis huius loci permaneat reconciliatio: & beneficia tua ad te clamantes, in hoc ſancto templo, & vbique percipere mereãtur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum ℟. Amen.

Deinde procedunt ante altare maius, & Sacerdos dicit ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Domi-



Digitized by Google

nus vobiſ. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſuperbis reſiſtis, & gratiam præſtas humilibus: tribue quæſumus, vt non indignationem tuam prouocemus elati; ſed propitiationis tuæ capiamus dona ſubiecti. Per Dominum noſtrum. &c. Reſp. Amen.

# Exorciſmi ad expellendos dæmones, de corporibus.

## Canones exorciſmorum.

*1 PArochus, & quiuis Sacerdos habet poteſtatem exorcizandi, & imponendi manus ſuper energumenos: ſimiliter et exorciſta, quanquam Sacerdoti ſit hac auctoritas deferenda, vt ipſo præſente, clericus inferioris gradus et ordinis non imponat manus.*

Côc. Cartha. 4. c. 90. de cõſec. d. 5. c. omni die.

*2 Sacerdos, ſiue exorciſta ne facile credat hominem à dæmonio vexari, niſi id probabilibus cõiecturis cognouerit: fieri enim poteſt, vt laboret potius morbo cordis, aut cerebri. Qua in re, ſapientis medici conſilio, iuuari poteſt.*

## Forma exorciſmorum.

SAcerdos indutus ſuperpelliceo & ſtola, aut celebrata miſſa, depoſita tantum planeta, & manipulo; paratis cruce, aqua benedicta, & candela accenſa, energumeno, in Eccleſia, aut alio decenti loco, coram ſe poſito, genuflexo, conuerſus ad populum, & muniens ſeipſum ſigno crucis, dicat clara voce.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. Reſ. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens Domine, verbum Dei patris, Chriſte Ieſu, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici; & cuius virtute victus, tanquam fulgur de cælo, ſatanas cecidit: tuum nomen tremēs, ſupplexque deprecor, vt mihi indigniſsimo ſeruo tuo data venia peccatorum, confidentiam & virtutem donare digneris, vt hunc crudelem draconem brachij tui potētia ſecurus aggrediar. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre. &c. Amen. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, à cuius facie cæli diſtillant, montes ſicut cera liqueſcunt; terra tremit, cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit: te ſupplex deprecor, vt inuocatione tui nominis, huius famuli tui N. anima, à vexatione liberata, ad auctorem ſuæ ſalutis recurrat, liberatoremque ſuum, diabolico depulſo fœtore, & odore ſuauiſsimo Spiritus ſancti percepto, ſequatur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum. &c. ℟. Amen. Tunc energumenus ſi poſſit clara voce dicat Symbolum Apoſtolorum, præeunte Sacerdote, qui ſtatim dicat. Verſ. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto ſpiritu. ℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula. Verſ. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis,

in confeſſione veræ fidei æternę Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis, adorare vnitatem: quæſumus; vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Christum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Deinde dicat Euangelia quæ ſequuntur, ſignās in principio librum; deinde frontem, os, & pectus ſuum, ac poſtremò frontem energumeni: cuilibet Euangelio præponens. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Verſ. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Matthæū. Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tēpore: acceſsit ad Ieſum homo genibus prouolutus ante eum, dicēs, Domine miſerere filio meo: quia lunaticus eſt, & male patitur: Nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam; & obtuli eum diſcipulis tuis; & non potuerunt curare eum. Reſpondens Ieſus, ait: O generatio incredula, & peruerſa, quouſq; ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me: & increpauit illum Ieſus: & exijt ab eo dęmoniū; & curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, ſecretò, & dixerunt. Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Ieſus; propter incredulitatē veſtram. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem, & ieiuniū. ℣. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Marcum. Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt, & dixit eis: euntes in mũdum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient; linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent; & ſi mortiferum quid biberint; non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum; & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Verſ. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Lucam.

Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: deſcendit Ieſus in Capharnaum, ciuitatem Galileæ: ibique docebat illos, Sabbathis, & ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundum; & exclamauit voce magna, dicẽs: ſine, quid nobis, & tibi, Ieſu Nazaræne? veniſti perdere nos? ſcio te qui ſis, ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens. Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum, dæmonium in medium exijt ab illo, nihilque illum nocuit.

Ver. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: dixit Ieſus turbis Iudæorum: nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras; & ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habetis; credite in lucem: vt filij lucis ſitis.

Finitis Euangelijs, Sacerdos oſculatur librum: dicens. Per Euangelica dicta, deleantur noſtra delicta. Deinde ponit librum ſuper caput energumeni. Poſtea imponens ſuper obſeſſum, extremam partem ſtolæ: dicit.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum, & terram: Exorcizo te immunde ſpiritus, per Pa ✠ trem, & Fi ✠ lium, & Spiritum ✠ ſanctum, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ſuper mare ambulauit; & Petro ne mergeretur, dexterá porrexit; qui cæco nato oculos aperuit; & quatriduanum Lazarum, de monumento ſuſcitauit. Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam; & da honorem Deo viuo ✠ & vero. Da honorẽ Ieſu ✠ Chriſto filio eius, & Spiritui ✠ ſancto, & recede ab hoc fa-

mulò Dei N. & hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare: per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Audi maledicte ſatana, adiuratus per nomen æterni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, filij eius, cum tua victus inuidia, tremens, gemenſque diſcede; nihil ſit tibi commune cum ſeruò Dei N. Da igitur honorẽ aduenienti Spiritui ſancto, qui ex ſumma cęli arce deſcẽdens, perturbatis fraudibus tuis, mundum ſibi templũ, & habitaculum perficiat: vt ab omni penitus vexatione liberatùs ſeruùs Dei, gratias perẽni Deo referat ſemper; & benedicat nomen eius in ſæcula ſęculorum. ℟. Amen.

Poſtea Sacerdos, tenens manus ſuper caput energumeni, dicat.

Ne te lateat ſatana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diemq́; ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clybanus ardens; in quo tibi, atque vniuerſis Angelis tuis, æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque dãnande, da honorẽ Deo viuo, & vero, da honorẽ Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui ſancto: in cuius nomine, ac virtute, ego præcipio tibi, quicunque es, ſpiritus immunde, vt exeas, & recedas ab hòc famulò Dei N. quem Deus, & Dñs noſter Ieſus Chriſtus, pretioſo ſanguine ſuo redimere dignatus eſt. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Exi ſpiritus immunde, ab hac creatura Dei: nec in eam præſumas amplius introire; ipſe tibi imperat maledicte diabole, qui te de ſupernis cælorum in inferiora terræ demergi, qui te retrorſum abire præcepit. Tu ergo nequiſſime ſpiritus, humani generis inimice, mortis adductor, vitæ raptor, iuſtitiæ declinator, malorum radix, ſeductor hominum, incitator inuidiæ, cauſa diſcordiæ, pater mendacij: illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt; in Ioſeph venundatus, in agno occiſus; in homine crucifixus; qui deinde inferni triumphator extitit glorioſus. Recede ergo, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, ab hoc famulo Dei; & ne amplius introeas in eum; in virtute Dñi noſtri Ieſu Chriſti qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculũ per ignem. ℟. Amen. Poſtea Sacerdos accepta cruce, dicat. Ecce lignum ſanctiſsimæ crucis, fugite partes aduerſæ; vicit enim vos, & mundum, Dominus Ieſus Chriſtus, filius Dei, Imperator ſummus, leo de tribu Iuda, radix Dauid. Crucem det energumeno oſculandam: dicens cum eo ſimul. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctam crucem tuam, redemiſti mundum. Deinde Sacerdos dicat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. ℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie eius. ℣. Saluum fac ſeruum tuum, vel ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius

iniqui-

iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur auerte.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium: exaudi nos pro famulò tuò infirmò, pro quò miſericordiæ tuæ imploramus auxilium; vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi, in Eccleſia tua, referat actiones.

Hoſtium noſtrorum, quæſumus Domine elide ſuperbiam; eorumq́ue contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne.

Deus qui contritorum non deſpicis gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum; Adeſto ſupplicationibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eaſque clementer exaudi; vt quidquid contra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduerſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis allidatur; quatenus nullis aduerſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione, & anguſtia erepti, læti in Eccleſia tua, gratias tibi referamus. Per Dominum noſtrum. &c. ℟. Amē.

Poteſt etiam dici oratio. **Deus qui corda fidelium.** & oratio. **Concede nos famulos tuos.** & oratio illius ſancti cuius nomine vocatur ipſe, qui vexatur: & orationes aliorum Sanctorum, quos maiori deuotione coli-



Digitized by Google

muſ. Poſſunt dici & aliæ deuotæ orationes, cum compunctione, & cordis contritione, implorando ſemper miſericordiam Dei. Legat etiam Pſal. 34. Iudica Domine nocentes me. & Pſal. 68. Eripe me de inimicis meis Deus meus. & Pſal. 67. Exurgat Deus. &c. & Pſal. 90. Qui habitat in adiutorio. & Symbolum Athanaſij. Quicunque vult. In fine benedicit energumeno, dicens. Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcẽdat ſuper te, & maneat ſemper. ℟. Amen. Poſſunt etiam ſupradicta pluries repeti, ſi dæmon adhuc in vexatione durauerit.

*Athana. in vita S. Antonij.*

## Altera forma exorciſmorum, ad fugandum dęmonem de corporibus oppreſsis, vel etiam maleficiatis.

SAcerdos indutus vt ſupra, dicit: In nomine Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. Ecce cru ✠ cẽ Domini, fugite partes aduerſæ: vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. ℣. Dñe exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, inuoco nomen ſanctum tuum; ac pręclarę maieſtatis

tuæ

tuę clementiam ſuppliciter expoſco:vt mihi auxilium pręſtare digneris,aduerſus hunc nequiſsimum ſpiritū, & omnem qui vexat hoc plaſma tuum. Per eundem Chriſtum Dominum. &c. Reſp. Amen.

Exorcizo te immunde ſpiritus, omnis incurſio aduerſarij,omnis ira,omne phantaſma, omnis legio, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti;eradicare,& effugare ab hoc plaſmate Dei. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis cęlorum in inferiora terræ demergi pręcepit. Audi ergo,& time,ſatana,victus,& proſtratus abſcede,in nomine Domini noſtri Ieſu ✠ Chriſti. Tu ergo nequiſſime ſatana,inimice fidei,hoſtis generis humani, mortis adductor,vitæ raptor,iuſtitiæ declinator; malorum radix; fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentium,incitator inuidię:origo auaritię, cauſa diſcordię:excitator dolorum,malorum magiſter:quid ſtas & reſiſtis;cum ſcias Deum tuas perdere vires? illum metue,qui in Iſaac immolatus eſt; in Ioſeph venundatus, in agno occiſus,in homine crucifixus; deinde inferni triumphator extitit glorioſus.

Recede ergo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Da locum Spiritui ſancto, per hoc ſignum crucis ✠ Hic ſignet cruce frontem obſeſsi. Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Si nondum receſſerit ſpiritus malignus: Sacerdos proſequitur. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus conditor, & defenſor generis humani, qui hominem ad imaginem tuã formaſti, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. qui dolis inuidi ſerpentis appetitur, quem vetus aduerſarius, antiquus hoſtis terræ, formidinis horrore circumuolat, & ſenſum mentis humanæ, ſtupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat. Repelle Domine virtutem diaboli, fallaceſque eius inſidias amoue: procul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ſigno crucis ✠ in fronte, famulus tuus munitus, & in anima tutus, & corpore. Hic ter facit ſignum crucis in pectore. Tu pectoris ✠ huius, interna cuſtodias: tu viſcera ✠ regas, tu corda ✠ confirmes: in anima, aduerſatricis poteſtatis tentamenta euaneſcant. Da Domine ad hanc inuocationem ſanctiſsimi nominis tui gratiam, vt qui hucuſque terrebat, territus aufugiat, & victus abſcedat, tibiq; poſſit hic famulus tuus, & corde, & mente præbere famulatum. Per Chriſtum.

Adiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum, & mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei N. qui ad eccleſię ſinum recurrit, feſtinus diſcedas. Adiuro te iterum, non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus ſancti, vt deſiſtas ab hoc famulo Dei, N. quem omnipotens Deus ad imaginem ſuã fecit. Cede igitur cede, non mihi ſed miniſtro Chriſti. Illius enim te vrget poteſtas, qui te affixus cruci, ſubiugauit, illius brachium contremiſce, qui deuictis ge-

mitibus

mitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis: ſit tibi formido, imago Dei: ne reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine. Quoniam complacuit Deo, in homine habitare: & ne contemnendũ me putes; dum me peccatorem eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus, imperat tibi maieſtas Chriſti, imperat tibi Deus Pater, imperat tibi Deus Filius, imperat tibi Deus Spiritus ſanctus, imperat tibi fides Apoſtolorum Petri & Pauli, & cæterorum ſanctorum, imperat tibi Martyrum ſanguis, imperat tibi Sacramentum cru ✠ cis, imperat tibi myſteriorum virtus. Exi ergo trãſgreſſor, exi ſeductor, plene omni dolo, & fallacia: veritatis inimice: innocentium perſequutor. Da locum duriſſime, da locum impijſsime, da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis, qui te ſpoliauit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligauit, & vaſa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras, vbi tibi cum miniſtris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerarie retractas? reus omnipotenti Deo es, cuius ſtatuta tranſgreſſus es: reus es filio eius Ieſu Chriſto, Domino noſtro, quem tentare auſus es, & crucifigere præſumpſiſti: reus es humano generi, cui tuis perſuaſionibus, mortis fructum propinaſti.

Si adhuc non receſſerit, proſequitur Sacerdos.

Verſ. **Dominus vobiſcum.** Reſp. **Et cum ſpiritu tuo.**

**Oremus.**

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Oſanna in excelſis. Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugam, tyrannũ, & apoſtatam gehennę ignibus deputaſti: qui vnigenitum tuum in hunc mũdum miſiſti, vt illum rugientẽ contereret: velociter attẽde, accelera, vt eripias hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creatum, à ruina & dęmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum ſuper beſtiã, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam ſeruis tuis, cõtra nequiſsimum draconem, pugnare fortiſsimè, ne contemnat ſperantes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaone
*Exod. 5.* iam dixit. Deum non noui; & Iſrael non dimittam. Vrgeat illum dextera tua, potẽs expellere à famulo tuo N. ne diutius præſumat captiuum tenere hominem, quẽ tu ad imaginem tuã, facere dignatus es, & in filio tuo redemiſti. Qui tecum viuit, & regnat. ℟. Amen.

Adiuro ergo te draco nequiſsime, in nomine agni immaculati, qui ambulauit ſuper aſpidem, & baſiliſcum; qui conculcauit leonem, & draconem: vt diſcedas ab ✠ homine, diſcedas ab Eccleſia ✠. Hic producit ſignum crucis ſuper circunſtantes. Contremiſce, & effuge, inuocato nomine Domini; quem inferi tremunt, cui virtutes cęlorum, poteſtates, & dominationes, ſubiectæ ſunt; quem Cherubin, & Seraphin indefeſsis vocibus laudant: imperat tibi verbum caro factum: imperat tibi natus ex virgine: imperat tibi Ieſus Nazarenus, qui te, cum diſcipulos eius contemneres, eliſum, atque proſtratum exire præcepit ab homine: quo præſente,

cum te ab homine ſeparaſſet, nec porcorum gregem contingere præſumebas. Recede ergo nunc adiuratus in nomine eius, ab homine quem ipſe plaſmauit. Durum eſt tibi velle reſiſtere, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: quia quanto tardius exis, tanto maius tibi ſupplicium creſcit. Quia non homines contemnis; ſed illum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignẽ. ℟. Amen. Si oppreſſus nondum fuerit liberatus, proſequitur Sacerdos. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens Domine, verbum Dei patris, Chriſte Ieſu, Deus & Dominus vniuerſæ creaturæ, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones: qui inter cętera mirabilium tuorum præcepta, dignatus es docere, dæmones effugare: cuius virtute motus tanquam fulgur de cælo, ſatanas cecidit: tuum ſanctum nomen cum timore & tremore ſuppliciter deprecor; vt indigniſsimo mihi ſeruo tuo, data venia omnium delictorũ meorum, confidentiã, & poſsibilitatem donare digneris, vt hũc crudelẽ draconem, brachij tui ſancti munitus potentia, fiducialiter & ſecurè aggrediar: per te Ieſu Chriſte Domine Deus noſter. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen.

Adiuro ergo te omnis immundiſsime ſpiritus, omne phantaſma, omnis incurſio ſatanæ; in nomine Ieſu Chriſti ✠ Nazaræni, qui poſt lauacrũ Iordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis ſedibus vinxit; vt quem de

limo terræ, ad honorem gloriæ ſuæ formauit, tu deſinas impugnare: & in homine miſerabili, non humanã fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo, qui te humiliato famulo ſuo Iob, in ſeruitutem redegit. Cede Deo, qui & malitiam tuã in Pharaone, & in eius exercitu per Moyſen ſeruum ſuum, in abyſſum demerſit. Cede Deo, qui te per Danielem puerum ſuum perdidit, & draconem proſtrauit. Cede Deo, qui te per fideliſsimum ſeruum ſuũ Dauid, de rege Saule, ſpiritualibus canticis pulſum fugauit. Cede Deo, qui te in Iuda Scarioth proditore, damnauit. Ille enim te diuinis verberibus angit, in cuius conſpectu,

*Matth. 8.* cum tuis legionibus tremens, & clamans dixiſti: Quid nobis, & tibi fili Dauid, veniſti ante tempus torquere nos? Ille te perpetuis flammis vrgeat, qui in fine temporum dicturus eſt impijs: ite maledicti in ignem ęternum quem præparauit pater meus, diabolo, & angelis *eius.* Tibi enim impie, & angelis tuis vermes erunt, qui nunquam morientur. Tibi, & angelis tuis inextinguibile præparatur incendium; quia tu es princeps maledicti homicidij, tu auctor inceſtus; tu ſacrilegorum caput, tu artium peſſimarum magiſter, tu hæreticorum doctor, tu totius obſcœnitatis inuentor. Exi ergo impie, exi ſcelerate, exi cum omni fallacia tua: quia hominem, templum ſuum, voluit eſſe Deus. Sed quid diutius moraris hîc? Da honorem Deo Patri omnipotenti, cui omne genu flectitur. Da locum Domino Ieſu Chriſto, qui pro homine ſanguinem ſuum ſacratiſſimum fudit. Da

locum Spiritui ſancto, qui per beatum Apoſtolum ſuũ Petrum, te manifeſtè ſtrauit, in Simone Mago: qui fallaciam tuam in Ananiam, & Saphiram condemnauit: qui te in Herode rege honorem Deo nõ dante, percuſſit; qui te in Barieu Mago, per Apoſtolum ſuum Paulũ, cæcitatis caligine perdidit: & per eundem de Phitoniſſa, verbo imperans, exire præcepit. Diſcede ergo nunc, diſcede ſeductor. Tibi eremus ſedes eſt: tibi habitatio, ſerpens eſt. Humiliare, & proſternere, iam non eſt differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat cito; & ignis ardebit ante ipſum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ſuos. Si enim hominem fefelleris; Deum non poteris irridere. Ille te eijcit, cuius oculis nihil occultum eſt. Ille te expellit, cuius virtuti vniuerſa ſubiecta ſunt. Ille te excludit, qui tibi, & angelis tuis præparauit æternam gehennam: de cuius ore exiet gladius bis acutus: qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculum per ignem. ℟. Amẽ. Act. 13.
Poſſunt legi Pſal. Deus in adiutorium. Pſal. In Domino confido: & Pſal. Quid gloriaris in malitia. Item Litaniæ, cum precibus ſuis, & orationibus.

## Exorciſmus contra imminentem tempeſtatem fulgurum & grandinis.

PEr ſignum ✠ crucis, de inimicis ✠ noſtris libera nos ✠ Deus noſter. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Dicitur Symbolum fidei, ſcilicet. Credo in Deum, &c. deinde Kyrie eleiſon. Chri-

ſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Adiutoriũ noſtrum in nomine Domini. Reſ. Qui fecit cælum & terram. ℣. Sit nomẽ Domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, & vſque in ſæculum. ℣. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. ℟. Et fugiant qui oderũt eum à facie eius. ℣. Exurge Chriſte adiuua nos. Reſp. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, qui feciſti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, quique flumini Iordani benedixiſti, atque in eo baptizari voluiſti, & tuas ſanctiſſimas manus, & brachia ſacratiſſima in cruce ✠ extẽdiſti, quibus aërem ſanctificaſti; obſecramus immenſam pietatis, & bonitatis tuæ abundantiã, quatenus has nubes, quas ante me, & poſt me, & ſupra me, à dextris, & à ſiniſtris, video aërem perturbare, diſſoluere, & anihilare digneris: vt alligata poteſtas dæmonum impie deſæuientium, deficiat, & turbetur ad laudem tui ſanctiſſimi nominis, & potentiſsimæ maieſtatis tuæ. Qui viuis, & regnas.

Poſtea conuerſus ad nubes, ſignet eas ſigno crucis, dicens. Circundet te nubes Deus Pater, ✠ circundet te Deus Filius, ✠ circundet te Deus Spiritus ſanctus ✠. Deſtruat te Deus Pater, ✠ deſtruat te Deus Filius, ✠ deſtruat te Deus Spiritus ſanctus: ✠ Comprimat te Deus Pater, ✠ comprimat te Deus Filius, ✠ comprimat te Deus Spiritus ſanctus. ✠ Amen.

Obſe-

Obſecratio.

Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioannes Euangeliſtæ, qui Chriſti Euangelium per quatuor mundi partes diuulgarunt, ipſi ſuis meritis, & precibus hanc tempeſtatem à termino iſto, & ab omnibus Chriſtianorum finibus, ab eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto obtineant effugari, & depelli.

Exorciſmus.

Et ego peccator, & Chriſti Sacerdos, ſeu miniſter, licet indignus, auctoritate, & virtute eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſummi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confiſus; vobis præcipio, immundiſſimi ſpiritus, qui has nubes, ſeu nebulas, concitatis, in virtute eiuſdem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠. Per ſanctiſsimam eiuſdem incarnationem, per ſanctã natiuitatem, per baptiſmum & ieiuniũ ipſius, per eius ſacratiſsimam crucem, ✠ & paſsionem; per ſanctam reſurrectionẽ: per admirabilẽ aſcẽſionem, per tremendũ aduentum eius ad iudicium: per merita intemeratę, ſemperq; virginis Mariæ, & ſanctiſsimi N. & per merita omniũ ſanctorum: vt exeatis ab eis, & eas diſpergatis in locis ſylueſtribus, & incultis: quatenus nocere non poſsint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus; aut quibuſcunque rebus, humanis vſibus deputatis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Ipſe vobis imperat, dæmones, qui has nubes commo-

uetis, de quo, de nube lucida dictum eſt. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi beneplacui. ✠ Ipſe vobis imperat, qui ſua ſacratiſsima cruce, corporis ſui ſanctiſſimi in ea extenſione aërem purgauit. ✠ Ipſe vobis imperat; qui per mortem ſuam vos, principem veſtrũ, mortemq́ue deuicit, & ligauit, atque æternæ gehennæ mancipauit ignibus. ✠ Ipſe vobis imperat, qui inferno ſpoliato, ſurrexit à mortuis. ✠ Ipſe vobis imperat, qui poſt quadraginta dies, nube ſuſceptus, virtute ſua, aſcendit in cælum. ✠ Ipſe vobis imperat, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Reſp. Amen. Et poſtea oſtendat crucem in aëra, dicens. Ecce lignum ſanctiſsimæ crucis, fugite partes aduerſæ, vicit enim vos, & mundum Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei; Imperator ſummus, leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Poſtea aqua benedicta in modum crucis ✠ aſpergat per quatuor latera. Dicendæ ſunt etiam Litaniæ, ſi nõdum quieuit tempeſtas. Pſal. Quicunq; vult. Antiph. Salue Regina. &, Sub tuum præſidium. Cant. Benedicite omnia. cum Verſ. Gloria patri. In quolibet verſu dicti Cantici. Deinde ℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto ſpiritu. ℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eũ in ſæcula. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni. ℣. Exurge Chriſte adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Dñe exaudi. &c. ℣. Dominus vobiſcum. &c. Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis

tuis

tuis in cõfeſsione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatem; quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Oratio.

Protege Domine famulos tuos ſubſidijs pacis; & beatæ Mariæ ſemper virginis patrocinio cõfidentes, à cunctis hoſtibus & periculis redde ſecuros. Oratio.

A domo tua quæſumus Domine, ſpiritales nequitię repellantur; & aërearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Oratio.

Ad te nos Domine, clamantes exaudi; & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus; vt qui iuſtè pro peccatis affligimur, miſericordia tua præueniente, clementiam ſentiamus. Oratio.

Largiri, & conſeruare fructus terræ dignare, Domine Deus noſter; vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus ſpiritualibus incrementis. Per Chriſtum.

Poteſt dici, & oratio illius ſancti in cuius honore conſtructa eſt Eccleſia; & aliorum ſanctorum, in quibus plus de eorum adiutorio confidimus, propter ſpecialẽ deuotionem noſtram.

Poſſunt dici, & aliæ etiam deuotæ orationes, cum compunctione, & cordis contritione, implorando ſemper miſericordiam Dei. Et ſi adhuc tempus tempeſtuoſum perſeuerauerit; poterunt ſupradicta pluries repeti.

## Exorciſmus domus à dæmonio vexatæ.

SAcerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola dicit. In nomine Patris, ✠ & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum & terram. Ver. Dñs vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam cõtuliſti, vt quidquid in tuo nomine digne, perfecteq; ab eis agitur, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, vt quod modò viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid benedicturi bene ✠ dicas: & ad ea quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: ſintque ad noſtræ humilitatis introitum (ſanctorum tuorum meritis) fuga dęmonũ, & angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum. ℟. Amen. Oremus.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, & omniũ beneuiuentium Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, te inuoco, & nomen ſanctum tuum ac pręclarę maieſtatis tuæ clementiam ſupplex depoſco; vt mihi auxilium præſtare digneris, aduerſus nequiſsimum ſpiritum, vt vbicunq; ſit, audito nomine tuo velociter exeat, & recedat. Per Chriſtum. Reſp. Amen. Coniuratio

Adiuro te ſerpens antique, per iudicem viuorum, & mortuorum; per factorem mundi, qui habet poteſtatem mittere te in gehennam; vt ab hac domo feſtinus diſcedas. Ipſe tibi imperat maledicte diabole, qui ventis, ac mari, & tempeſtatibus imperauit. Ipſe tibi impe-

rat, qui te de ſupernis cælorum, in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui te retrorſum abire pręcepit. Audi ergo ſatana, & time, & victus, & proſtratus recede, adiuratus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſęculum per ignem. Reſp. Amen.

Deinde Sacerdos incipiat quindecim Pſalmos graduales, & proſequatur quinque priores: aqua benedicta aſpergendo loca domus. Pſalm. Ad Dominum cum tribularer. Pſalm. Leuaui oculos meos. Pſalm. Lętatus ſum. Pſalm. Ad te leuaui oculos meos. Pſalm. Niſi quia Dominus erat in nobis. Singulos cũ Gloria Patri. Quibus finitis, dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domum tuã Domine clementer ingredere: & in tuorum cordibus fidelium, perpetuam tibi conſtrue manſionem: & pręſta, vt in hac domo, nulla malignorũ ſpirituum dominetur nequitia. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Deinde dicuntur alij quinque Pſal. etiam aſpergendo loca domus. Pſalm. Qui cõfidunt. Pſal. In conuertendo. Pſalm. Niſi Dominus. Pſalm. Beati omnes. Pſalm. Sæpe expugnauerunt. ſinguli cum Gloria Patri. Statim dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ver. Et ne nos. Reſ. Sed libera. Ver. Domine exaudi. Reſ. Et clamor. Verſ. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus; qui in omni loco dominationis tuæ, totus aſsiſtis, totus operaris: adeſto ſupplicationibus noſtris, vt huius domus ſis protector, & nulla hîc nequitia contrarię poteſtatis obſiſtat: ſed (virtute Spiritus ſancti & operatione) fiat tibi hîc primùm ſeruitium, & deuota libertas exiſtat. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Poſtea dicuntur alij quinque Pſalmi graduales, aſpergendo, vt ſupra loca domus, aqua benedicta. Pſalm. De profundis. Pſalm. Domine non eſt exaltatum. Pſalm. Memento Domine Dauid. Pſalm. Ecce quam bonum. Pſalm. Ecce nunc. Singuli cum Gloria Patri. Quibus finitis, dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ, cuſtos, & protector aſsiſtis, exaudi nos quæſumus; vt inuiolabilis huius domus permaneat bene ✠ dictio; & beneficia tui muneris, vniuerſitas quę ſupplicat, mereatur. Per Chriſtum. ℟. Amen.

Poſtea in principali loco domus, legat ſequens Euangelium. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Verſ. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Lucam. Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Ingreſſus Ieſus, perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat Princeps Publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat videre

Ieſum,

Ieſum, quis eſſet; & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum, quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus, vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant; dicentes: quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet. Stans autem Zachæus, dixit ad Ieſum. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quod & ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quęrere, & ſaluum facere quod perierat. Reſ. Laus tibi Chriſte. Deinde benedicitur incenſum, hoc modo.

Per intercesſionem beati Michaelis Archangeli, ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorum ſuorum: incenſum iſtud dignetur Dominus bene ✠ dicere, & in odorem ſuauitatis, accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

Poſtea Sacerdos ponat incenſum ſuper ignem, & incenſet domum, dicens.

Incenſum iſtud à te benedictum, aſcendat ad te Domine: & deſcendat ſuper nos miſericordia tua. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Viſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle; Angeli tui ſan-

cti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Reſ. Amen. Poſtea domum, & habitatores eius benedicat, dicẽs. Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper hanc domũ, & omnes habitantes in ea, & maneat ſemper. ℟. Amen. Et aſpergat aqua benedicta

# Benedictio agrorum vt ab eis locuſtæ, bruchi, & alia animalia noxia expellantur.

SAcerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola violacei coloris, veniens ad agrum, vbi ſunt locuſtę, bruchi, vel alia animalia noxia: dicat. Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum & terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi; vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, & hanc vermium ſeu murium, aut locuſtarum, vel aliorum animalium calamitatem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur; vt per potentiam tuã expulſa nulli noceant, & hos agros, vineas, aut aquas intacta dimittant: quatenus quæ ex eis orta fuerint, tuę maieſtati deſeruiant, & noſtræ neceſsitati ſubueniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oremus.

Omni-

Omnipotens ſempiterne Deus bonorum omniũ auctor,& conſeruator, in cuius nomine omne genu flectitur cæleſtium,terreſtrium,& infernorum;concede, vt quod de tua miſericordia cõfiſi agimus: per tuã gratiam efficacẽ cõſequatur effectũ;quatenus hos vermes, mures,aues,locuſtas,aut alia animalia noxia ſegregando ſegreges;exterminando extermines: vt ab iſta calamitate liberati, gratiarum actiones maieſtati tuę referamus.Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oremus.

Deus qui famulorum tuorum Moyſi,& Aaronis miniſterio,ab Ægyptijs, pro gloria nominis tui,locuſtas, bruchos,ciniphes,aliaſq; plagas(ſcilicet,iuſtitiæ tuæ in peccatores flagella)auertiſti,à filijs quoque Iſrael prohibuiſti:à populo in te credente,ſimiles calamitates aufer,vt potentiam tuam,& beneficentiam prędicemus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Oremus.

Largiri,& conſeruare fructus terrę dignare,Domine Deus noſter;vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus ſpiritualibus incrementis. Per Chriſtum. &c. ℟. Amen. Oremus.

Oramus te Domine Deus noſter, vt hos agros, aut vineas,ſerenis oculis, hilarique vultu reſpicere digneris; tuamque ſuper eos mitte benedi ✠ ctionem; vt non grando ſurripiat,non turbo ſubuertat,non vis tempeſtatis detruncet,non æſtus exurat,non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluuiæ exterminet; ſed fructus incolumes, vbereſque vſui noſtro ad plenam maturitatem perducas.Per Chriſtum.

Bene-

Benedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcẽdat, & maneat ſuper hos agros, aut vineas, & eorum fructus. ℞. Amen.

## Pro aquis infectis.

Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, qui Iordanis flumen benedixiſti, & in eodem baptizatus aquas purificaſti, vt elementum ſalubre efficerentur in remiſsionem peccatorum, has aquas quoque benedi ✠ cere, & ſanctificare digneris, vt nihil in eis noxium, nihil peſtilens, nihil corrumpens maneat, ſed omnia pura, & munda in eis efficiantur: vt quæ ad vſum hominum ex eis creata ſunt, cũ gloria tua, & ſalute noſtra ſumamus. Per Chriſtum. &c. ℞. Amen.

Mox aſpergat agros, vineas, vel aquas, aqua benedicta. Si maxima ingruerit dictarum beſtiarum tribulatio; poterit clerus, populo comitante ad locum infectum accedere, vt in die Sancti Marci; ad quem cum peruentum fuerit, aſpergantur termini aqua benedicta, canendo pro temporis diuerſitate. **Vidi aquam egredientem**, vel, **Aſperges me Domine. &c.** Legantur, aut cantentur quatuor Euangelia, ad quatuor plagas mundi.

℣. **Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Matthæum.**

℞. **Gloria tibi Domine.**

**Cvm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerũt Hieroſolymam, dicentes. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæo-**

rum? vidimus enim ſtellam eius in Oriẽte;& venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt; & omnis Hieroſolyma cum illo, & congregans omnes Principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis: diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite & interrogate diligenter de puero:& cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audiſſent regem, abierunt: & ecce ſtella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniẽs ſtaret ſuprà, vbi erat puer. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum, cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem: per aliã viam reuerſi ſunt, in regionem ſuam.

Verſ. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Marcum.

Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis: apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in

mun-

mundum vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturę. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hęc ſequentur. In nomine meo, dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent; & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerũt, vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Verſ. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Lucam.
Reſp. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius; & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiã apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium; & vocabis nomẽ eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus, ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco. Et reſpondens Angelus, dixit ei. Spiritus



Digitized by Google

ſanctus ſuperueniet in te; & virtus altiſsimi obũbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua; & hic menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis; quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Verſ. Initium Sancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Reſ. Gloria tibi Domine. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. &c. ſupra. fol. 37.

## Benedictio terræ ſeminatæ, ſeu plantatæ.

Verſ. Adiutorium noſtrum. Verſ. Dominus vobiſcum. Oremus.

Bene✠dicat nos Deus, Deus noſter, & terræ noſtræ vbertatem concedat, in centuplum amplificet fructus eius; vt venientes in exultatione, manipulos noſtros colligamus. Per Chriſtum. Reſp. Amen. Aſpergatur aqua benedicta.

## Benedictio pro animalibus infirmantibus.

PRimo animalia aſpergantur aqua benedicta. Poſtea Sacerdos dicit. Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſpon. Qui fecit cælum & terram. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſ.



Digitized by Google

Et cum ſpiritu tuo. Oremus.
Miſericordiam tuam Domine ſupplices exoramus, vt hæc animalia, quæ graui infirmitate vexantur, tua bene ✠ dictione ſanentur; extinguatur in eis omnis diabolica poteſtas; neque vlterius ægrotent: eſto eis vitæ defenſio & remedium ſanitatis.
Deus qui laborantibus hominibus, etiam de mutis animalibus, ſolatia ſubrogaſti; ſuppliciter te rogamus, vt ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen. Aſpergantur aqua benedicta.

## Ordo ad introducendam mulierem in Eccleſiam, poſt partum.

CONſtituta muliere ad fores Eccleſię, infantem brachijs tenente, & candelam accenſam in manu dextera: Sacerdos indutus ſuperpelliceo, & ſtola, accedit, & aſpergit eam aqua benedicta, dicens Antiphon. **Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.** Deinde iubeat eam ingredi Eccleſiam, dicens. **Famula Dei ingredere in templum Dei; & adora filium beatæ Mariæ virginis, qui tibi tribuit fœcunditatis prolem.** Deinde dicit Canticũ Annæ. **Exultauit cor meum.** Vt habetur in Breuiario in Laudibus feriæ tertiæ cũ **Gloria Patri.** vel Pſal. **Laudate Dñm omnes gentes:** cum **Gloria Patri.** Cum peruenerint ad mediũm Eccleſiæ; Sacerdos ſi ſit celebraturus pro ea miſſam, induitur Sacerdotalibus indumẽ-

tis, &

tis,& celebrat miſſam de officio occurrenti, vel aliam votiuam, iuxta deuotionem mulieris. Qua finita, vel (ſi miſſa non ſit celebranda) indutus ſuperpelliceo, & ſtola conuerſus ad eam genuflexam, dicit Euangelium.

**In principio erat verbum.** Deinde dicit. **Pater noſter.** Ver. **Et ne nos inducas.** Reſp. **Sed libera nos.** Ver. **Saluam fac ancillam tuam.** ℟. **Deus meus ſperantem in te.** Ver. **Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.** Reſ. **Vt digni.**

**Oremus.**

**Deus qui corda fidelium Sancti ſpiritus illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.**

Oratio.

**Concede nos famulos tuos quęſumus Domine Deus. &c.**

Vel oratio.

**Deus qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia pręſtitiſti. Tribue quęſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus; per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.** Reſp. **Amen.**

Et aſpergat aqua benedicta; & ipſa offerat Sacerdoti candelam accenſam.

## Oratio facienda à Sacerdotibus in viſitatione infirmi.

SAcerdos infirmum viſitaturus poterit pro libito vti hac forma. Primum ingreſſus cubiculum infirmi, dicat **Pax huic domui.** ℟. **Et omnibus habitantibus in ea.** Et infirmo dulciter, & religioſè ſalutato, ipſum ad

patientiam adhortetur, & aliqua verba ſancta, pro ipſius exhortatione, & cõſolatione dicat; & inuitet eum ad integram, & exactam confeſſionem peccatorum. Deinde dicat verſum. **Adiutorium noſtrum in nomine Domini.** ℟. Qui fecit cælum, & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

**Virtutum cæleſtiũ Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem, præcepti tui poteſtate depellis; adeſto propitius huic famulo tuo, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomẽ ſanctum tuum, inſtaurata protinus ſanitate, benedicat.** Per Chriſtum. &c. **Amen.** Deinde dicat Euãgelia quæ ſequuntur, vel ſaltem vnum ex illis, dicens. ℣. **Dominus vobiſcum.** ℟. **Et cum ſpiritu tuo.**

℣. Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Matthæum.

℟. Gloria tibi Domine.

**IN illo tempore: cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam: & curabo eum. Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum, ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic: vade, & vadit: & alio: veni, & venit: & ſeruo meo: fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt: & ſequẽtibus ſe, dixit: Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente,**

te,& Occidente venient, & recumbent cum Abrahã, Iſaac,& Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores:ibi erit fletus, & ſtridor dentium.Et dixit Ieſus Centurioni. Vade: & ſicut credidiſti,fiat tibi;& ſanatus eſt puer,ex illa hora.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Marcum.

*Cap.16.*

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis,apparuit illis Ieſus:& exprobrauit incredulitatem eorum,& duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe,non crediderunt.Et dixit eis.Euntes in mũdum vniuerſum,prædicate Euangelium omni creaturæ.Qui crediderit,& baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui verò non crediderit:condemnabitur.Signa autem eos qui crediderint,hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient.Linguis loquentur nouis: ſerpentes tollẽt, & ſi mortiferum quid biberint,non eis nocebit. Super ægros manus imponent,& bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus,poſtquam loquutus eſt eis; aſſumptus eſt in cælum,& ſedet à dextris Dei.Illi autem profecti,prædicauerunt vbique,Domino cooperante,& ſermonem confirmante,ſequentibus ſignis.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Lucam.

*Cap.4.*

IN illo tempore.Surgens Ieſus de ſynagoga,introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri, & dimiſit illam, &



Digitized by Google

continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dęmonia à multis, clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpãs non ſinebat ea loqui, quia ſciebãt ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum; & turbæ requirebant eum; & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Cap. 1.

IN principio erat verbum: & verbũ erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt; & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt; & mundus eum non cognouit. In propria venit: & ſui eum non receperunt. Quotquot autẽ receperũt eum, dedit eis poteſta-



Digitized by Google

tem filios Dei fieri:his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri:ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt; & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre,plenum gratiæ,& veritatis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos à malo. ℣. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum. Reſp. Sana me Domine,quoniam conturbata ſunt oſſa mea. ℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. Reſp. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. Ver. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. Ver. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. Reſ. Et de Sion tuere eum. Ver. Nihil proficiat inimicus in eo. Reſ. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſ. A facie inimici. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſ. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus,facturam tuam multiplici pietate cuſtodis; ad inuocationem nominis tui benignus aſsiſte; vt famulum tuum ab ægritudine liberatum, & ſanitati donatum, dextera tua erigas,virtute confirmes,poteſtate tuearis; atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ cum omni deſiderata proſperitate reſtituas.

Omnipotés ſempiterne Deus, ſalus æterna credétium,

exaudi nos propitius pro famulô tuô infirmô,pro quô miſericordię tuę imploramus auxilium;vt reddita ſibi ſanitate gratiarum tibi, in Eccleſia tua referat actiones.

Concede nos famulos tuos,quęſumus Domine Deus, perpetua mentis,& corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione,à pręſenti liberari triſtitia,& æterna perfrui lætitia.

Deus qui facturę tuę pio ſemper dominaris affectu,inclina aurem tuã ſupplicationibus noſtris; & famulûm tuûm ex aduerſa valetudine corporis laborantem placatus reſpice,& viſita in ſalutari tuo, & cæleſtis gratiæ præſta medicinam.

Deus qui famulo tuo regi Ezechiæ, ter quinos annos ad vitam donaſti: concede vt hûnc famulûm tuûm à lecto ſuæ ægritudinis,tua potentia erigat ad ſalutẽ. Per Chriſtum Dominum noſtrum, ℟. Amen.

Dicatur in fine oratio illius ſancti quem ſpeciali deuotione colimus, vt ſancti Blaſij pro morbo gutturis; & ſanctę Lucię pro oculis,& ſic de alijs. Completa vltima oratione,Sacerdos vtramque manum ponat,ſuper caput infirmi, dicens. Super ægros manus imponent,& bene habebunt.

Benedictio.

Benedicat te Deus ✠ Pater:ſanet te Deus filius. Illuminet te Spiritus ſanctus: corpus tuum cuſtodiat; animã tuam ſaluet;cor tuum irradiet;ſenſum tuum dirigat,& ad ſupernam vitam te perducat. ℟. Amen. Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris,& Fi✠lij,& Spiritus ✠ ſancti,deſcendat ſuper te,& maneat ſemper, ℟. Amen.

# Viſitatio Eccleſiæ parochialis.

CVm Epiſcopus ad viſitandã Eccleſiam parochialẽ venerit dignior Sacerdos ſeu hebdomadarius indutus pluuiali albi coloris,& omnes clerici cum ſuperpelliceis,præcedente cruce, exeunt ei obuiam,ordinata proceſſione ante fores Eccleſię,& accedente Prælato,clerici cantant Antiphonam.




Dum cantatur Aña, proceditur ad altare maius: ante quod ſit ornatum faldiſtorium tapeto, & pãno ſerico, vbi genuflectit, vſque ad finem orationum. Sacerdos dicit alta voce. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei auxilium de ſancto.

Reſ. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. Reſ. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Ver. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus humilium viſitator, qui eos paterna dilectione conſolaris, in quibus habitas; prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, vt in nobis tuum ſentiamus aduentum. Per Chriſtum. &c. Reſp. Amen.

Finita oratione, Epiſcopus aſcendit ad altare: oſculatur eius medium, & benedicit populo ſolenniter; proponit verbum Dei: exponit cauſas aduentus ſui, & quid ſit acturus. His expletis, eo die (ſi commodè fieri poſsit) celebrat miſſam, vel alius vice ipſius; & ante concionem legatur edictum generale. Finita miſſa, dat benedictionem. Deinde ſi non celebrauit, indutus amictu, alba, ſtola, & pluuiali albi coloris, viſitat ſacrarium corporis Chriſti, hoc ordine. Miniſtrante aliquo ex digníoribus, vel Diacono (ſi adeſt indutus) nauiculam, ponit incenſum ſine benedictione, ſi ſacrariũ fuerit apertum, in thuribulo; genuflexus incenſat ter Sacramentum. Poſtea ſurgens proſpicit, an ſit ſub fida cuſtodia, & munditia. &c. Quibus finitis, facta iterum genuflexione, ponit ſuper patenam hoſtiam maiorem, quam populo oſtendit. Interim clerici cantant Hymnum.

*De ceſſib. lib. 6. cap. 1. §. ſane huiuſmodi.*

Pange lingua glorioſi corporis. &c. ℣. Panem de cælo præſtitiſti eis. Reſp. Omne delectamentum in ſe habentem. Prælatus dicit. Oremus.



Digitized by Google

Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuę memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corpo-poris, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redẽptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Reſp. Amen.

Statim reducit Euchariſtiam ad ſacrarium, & claudit. Poſtea Pręlatus ſi celebrauit, depoſita planeta, & manipulo, aſſumit pluuiale albi coloris: proceditq; ad fontẽ baptiſmi, cum clero, & populo, præcedẽte cruce, & cereis accenſis, & thuribulo: vnus ex clericis deferat iuxta Pręlatum vaſa chriſmatis, & olei catechumenorum, & alter vas olei infirmorum: & cantatur interim Reſponſorium, ſiue tractus, vt in Sabbatho Sancto.




ſi de rat a nima me a ad te
De u s. Verſ. S i ti-
uit a ni ma me a
ad De um fontem vi uu
m; quando ve ni am &


appa re bo an te
fa ci em De i me i
Verſ. F u e runt mi hi lacry-
mæ me æ panes di e
ac no cte, dum di ci tu-


r mi hi per ſingu los di es,
v bi eſt De us tu-
u s?
Velcãtetur Hymnus.
V Eni cre a tor Spi ri tus, men-
tes tu orum vi ſi ta, imple ſu perna

gratia




Cum peruentum fuerit ad fontem, Prælatus ponit incenſum in thuribulo, miniſtrante aliquo nauiculam, vt ſupra, & ſuper fontẽ, viſitat vaſa chriſmatis, & vtriuſq; olei. Statim dicitur. ℣. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. ℟. Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Deinde Prælatus dicit. Dominus vobiſcũ.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus qui corda fidelium, Sancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere; & de eius ſemper conſolatione gaudere.

Deus qui diuerſitatem gentium, in confeſsione tui nominis adunaſti; da vt renatis fonte baptiſmatis; vna ſit fides mentium, & pietatis actionum.

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine preces, placatus admitte; vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Chriſtũ. &c. ℟. Amẽ.

Poſtea Pręlatus depoſito pluuiali albo, aſſumit nigrum, & fit proceſsio à porta nauis medię ipſius Eccleſię, pręcedente cruce, vt ſupra. Cantantur Reſponſoria ſolenniter pro defunctis, cum orationibus. Deus qui inter Apoſtolic. Deus venię largitor. &c. Deus cuius miſeratione. ℟. Ne recorderis. cum ſuis verſibus, & orationibus. Deus qui inter Apoſtolicos. Deus veniæ largitor.



Digitized by Google

Dicitur in Eccleſia. Aliud Reſponſorium dicitur in cœmeterio cum ſuis verſibus, & oratione. Oratio

Deus cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hîc & vbique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum; vt à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per Chriſtum. Reuertentes ad Eccleſiã cantant ℟. Libera me Domine. cum ſuis verſibus, & oratione Fidelium. quæ dicitur in medio Eccleſiæ, & in fine ℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Mox Epiſcopus eleuata dextera, producit ſignum crucis ab omni parte ſupra ſepulturas; & ſic finitur officiũ. His peractis, poterit Pontifex procedere in viſitatione. Si Epiſcopus perſonaliter Eccleſiã non viſitet, ſed alius vice ipſius, omittatur proceſsio receptionis: & reliqua omnia peraguntur, vt ſuperius eſt annotatum.

## Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Die Dominica in ſacriſtia, præparato ſale, & aqua Sacerdos celebraturus miſſam, vel alius ad hoc deputatus, alba, vel ſuperpelliceo indutus, cum ſtola circa collum, primo dicit. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. Deinde abſolutè incipit exorciſmum ſalis.

Exorcizo te, creatura ſalis per Deum ✠ viuum: per Deum ✠ verum: per Deum ✠ ſanctum: per Deum

qui te

qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti iuſsit, vt ſanaretur ſterilitas aquę: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium: & ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque diſcedat à loco in quo aſperſum fueris, omnis phãtaſia, & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oratio.

Immenſam clementiam tuam omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit, careat omni immũditia, omnique impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Dominum.

## Exorciſmus aquæ, & dicatur abſolutè.

EXorcizo te creatura aquę, in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Ieſu Chriſti Filij eius Domini noſtri, & in virtute Sancti ✠ ſpiritus: vt fias aqua exorcizata, ad effugandã omnẽ poteſtatẽ inimici; & ipſum inimicũ eradicare, & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis: per virtutẽ eiuſdẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Deus

Digitized by Google

Deus qui ad ſalutem humani generis, maxima quæq; Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemēto huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſq; pellendos, diuinæ gratię ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidię latentis inimici; & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantiū inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum.

Hic mittat ſal in aquam, in modū crucis dicēdo ſemel.

Commiſtio ſalis, & aquæ pariter fiat; in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis imperij rex, ac ſemper magnificus triumphator; qui aduerſæ dominationis vires reprimis; qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas; qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes, & ſupplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam ſalis, & aquę dignanter aſpicias: benignus illuſtres: pietatis tuę rore ſanctifices: vt vbicunque fuerit aſperſa per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur:

terror-

terrorq; venenoſi ſerpentis procul pellatur: & præſentia Sancti ſpiritus, nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Finitâ benedictione, Sacerdos celebraturus, indutus pluuiali coloris officio competentis, accedit ad gradus genuflexus, accipit à Diacono aſperſorium, & aſpergit primo ter altare, deinde ſe, & miniſtros, ſemel ſingulos incipiens Antiphonam. Aſperges me. Chorus proſequitur. Domine. vt infra. Interim celebrans aſpergit clerum, deinde populum dicens Pſal. Miſerere. totum cum Gloria Patri. Antiphona.

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Pſalm.

Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiā tuam. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et repetitur Antiph. Aſperges me Domine. Supradicta Aña, prędicto modo dicitur in aſperſione aquę benedictæ, in Dominicis per totum annū: excepto quod in Dominica de Paſsione, & in Dominica Palmarū, nō dicitur Gloria Patri, ſed poſt Pſalmum. Miſerere, repetitur immediate Aña. Aſperges me Domine. Excepto etiam tempore Paſchali, ſcilicet à Dominica Paſchæ, vſque ad Pentecoſten: quo tempore cantatur communiter Antiph. Vidi aquam egredietem de templo, à latere dextro, alleluia: & omnes ad quos peruenit aqua

iſta, ſalui facti ſunt, & dicent, alleluia, alleluia. Pſalm. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Verſ. Gloria Patri. repetitur Antiph. Vidi aquam. In octaua vero Pentecoſtes reſumitur. Aſperges me Domine. Finitis Antiphonis ſupradicto modo, Sacerdos qui aſperſit aquam, reuerſus ad altare, ante gradus altaris ſtans, dicat. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. Tempore Paſchali additur alleluia. ℟. Et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio. Exaudi nos Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

## Benedictio panis.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, panis Angelorum, panis viuus, & æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto, vt omnes ex eo digne guſtantes inde corporis & animę deſiderabilem percipiant ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Reſp. Amen.

FINIS.

*Fructus, ſeu effectus Sacramenti matrimonij, ex Diuo Auguſtino.* 101
*Admonitio ex Catechiſmo Romano.* 102
*Eadem admonitio ſermone vulgari.* 104

## Ritus, & cærimoniæ benedictionis nuptialis.

*Benedictio arrarum.* 111
*Benedictio annulorum.* 113
*Ritus, & cærimoniæ Miſſæ nuptialis.* 118
*De ſecundis nuptijs.* 120

## De extrema vnctione.

*Canones adminiſtratiõis Sacramẽti extremæ vnctionis.* 122
*De ritibus, & cærimonijs ad Sacramentum vnctionis adhibendis.* 124
*Forma admonitionis, qua explicatur effectus extremæ vnctionis, ex venerabili Beda.* 125
*Eadem admonitio vulgari ſermone.* 127
*Pſalmi pœnitentiales.* 134
*Ordo iuuandi morientes.* 146
*Ordo commendationis animæ.* 152
*Commendatio animæ.* 169
*Officium ſepulturæ adulti, ſiue clerici, ſiue laici, cum matutino defunctorum.* 173
*Ordo ad ſepeliendum paruulos baptizatos.* 231
*Ordo proceſſionũ generalium, quæ fiunt pro defunctis.* 237
*Ordo reconciliandi Eccleſiam.* 240

## Exorciſmi ad expellendos dæmones de corporibus.

*Canones exorciſmorum.* 242
*Forma exorciſmorum.* ibidem
*Altera forma exorciſmorum, ad pellendum dæmonem de corporibus oppreßis, vel etiam maleficiatis.* 250
*Exorciſmus contra imminentem tempeſtatem fulgurum, & grandinis.* 257
*Exorciſmus domus à dæmonio vexatæ.* 261
*Benedictio agrorum, vt ab eis animalia noxia expellantur.* 266
*Benedictio pro aquis infectis.* 268
*Benedictio terræ ſeminatæ, ſeu plantatæ.* 271
*Benedictio pro animalibus infirmantibus.* ibid.
*Ordo ad introducendam mulierem in Eccleſiam poſt partum.* 272
*Oratio facienda à Sacerdote in viſitatione infirmi.* 273
*Viſitatio Eccleſiæ parochialis.* 279
*Ordo ad faciendam aquam benedictam.* 286
*Benedictio panis.* 290

FINIS.

Digitized by Google

# INDEX EORVM QVÆ IN HOC MANVALI continentur.

*Calendarium.*
*Canones generales adminiſtrationis Sacramentorum.* Fol. 1

## De Sacramento Baptiſmi.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti Baptiſmi.* 2
*Fontis conſecratio.* 6
*De ritibus, & carimonijs adhibendis ad Baptiſmum maſculi.* 11
*Admonitio, qua explicantur effectus Baptiſmi, ex Diuo Ambroſio.* 26
*Admonitio ex Catechiſmo Romano.* 28
*Eadem admonitio ſermone vulgari.* 30
*De ritibus & carimonijs ad Baptiſmum fœmina adhibendis.* 40
*Ordo baptizandi adultum, ſiue adultam.* 55

## De Sacramento Confirmationis. 58

## De Sacramento Pœnitentiæ.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti pœnitentia.* 59
*Forma admonitionis pœnitenti facienda in ipſa confeſſione, ex libro de vera, & falſa pœnitentia.* 60
*Admonitio ex Catechiſmo Romano.* 62

Eadem

Digitized by Google

*Eadem admonitio, ſermone vulgari.* 63
*De ritibus, & cærimonijs ad confeſſionem adhibendis.* 66
*Forma ſolennis abſoluendi à maiori excõmunicatione.* 70
*Altera forma minus ſolennis, abſoluendi ab excommunicatione maiori.* 72
*Abſolutio ab excommunicatione minori.* 73
*Forma diſpenſandi in irregularitate.* ibidem
*Forma abſolutionis à ſuſpenſione, & interdicto.* 74
*De interdicto.* ibid.
*De ceſſatione à diuinis.* 76
*Caſus ſeu excõmunicationes reſeruatæ Papæ, quæ non continentur in bulla cænæ.* 77

## De Sacramento Euchariſtiæ.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti Euchariſtiæ.* 80
*Forma admonitionis dicendæ à Sacerdote ad communicaturos, Ex Diuo Ambroſio.* 81
*Admonitio ex Catechiſmo Romano.* 83
*Eadem admonitio vulgari ſermone.* 86
*De ritibus, & cærimonijs adhibendis cum Euchariſtia miniſtratur ſanis.* 89
*Ritus conferendi infirmis Euchariſtiam.* 91

## De Sacramento Ordinis. 98

## De Sacramento Matrimonij.

*Canones adminiſtrationis Sacramenti matrimonij.* 99
*De ritibus, & cærimonijs ad matrimonium adhibendis.* 100

Fructus,

SALMANTICAE

Apud Guillelmum Foquel.

M. D. LXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google